

11
11
88





6
28.

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

H. f. 29

21
89





MENALCAS
GERVASII SEPINI SALMVREI
Caroli ad Bononij
HENRICVM BELLAIVM TORNO-
DORI REGVLVM IVNIOREM.

ALEXIS ÆGLOGA SEPTIMA.



P A R I S I S,

Apud Andream Wechelum, sub Pegaso, in
vico Bellouaco, Anno salutis

1556.

to 3-

MENALCAS
CELVASI SEITNI SALMUNI
HARICUM BRITANNI TORNIO
ALIXIS



PAULISTI

1226

-2-

AD HENRICVM BELLAIVM

BIBLIOTeca RAZZI
ROMA
VITTORIO EXARHES

NON est mihi dubium, Henrice Bellaï, multos esse maturatos, quòd tibi opusculū meum dedicé, qui iam functus vitæ mortalis officiis à nobis decesseris; idque à cōsuetudine eorum qui hoc tēpore aliquid scribunt alie num maximè iudicari poterit. Nouerint autē, quòd cùm simul essemus, mēque assiduis precibus vehementer etiam atque etiam, vt nomini tuo dicatem, obtestareris, respondi quidē in animo statuisse nemini planè me nūcupaturū: idq; in alio opere à me diligenter obseruatum esse: Cum verò in petitione tua vehementius perseuerans, benevolentiam erga me tuam debere id meritò impetrare contenderes, ea tua persuasione, atq; insuper meo singulari amore victus, id me esse facturum recepi. Itaque quod tibi viuēti pollicitus sum, id exhibere mortuo velim. Quid mortuum verò? equidem vix dici potest quantum in mortis nomine dolor meus exacerbatus fuit: qui nihil aliud credere potest, quām te semper viuere: atque ita viuere, vt nostræ illius mutuæ benevolentiae, mēiq; ipsius, qui hęc ad te scribo, etiam modò dulcissimè memineris. Siquidem voluptuosí

A ij vnius


vnius Epicuri ineptiæ ; nunquam apud me tantum
 authoritatis habituræ sunt, quantum verissimæ Pla-
 tonis multorumque grauissimorum philosopho-
 rū rationes, quibꝫ à decessu tuo diligentissime euol-
 uēndis mirum in modum recreatus sum. Quan-
 tum enim (vt ē multis pauca eligam) in animo tot
 tamque diuersarum rerum memoria, *ωτκυνσιας*,
 principium motus ingenitum, ideoque liberum
 a corruptione, pōst mortem virtuti necessariō per-
 soluenda merces, atque in homine flagitioso scele-
 rum conscientia, quantum (inquam) hæ omnes ra-
 tiones copiosè & grauiter explicat̄ animum meū
 confirmauerunt? His accēdit Christiana fides, quæ
 vt in dolore adhibeam modum, imperare non de-
 sinit, quando te præsentem mihi & familiari illa
 consuetudine sermonis ·vtentem mecum propo-
 nit. Quare cùm hæc ita se habeant, iam neminem
 iustè miraturum esse, si tibi Menalcam meum di-
 cem, facile mihi persuadeo: quod vt facerem alia
 etiam ratio animum meum induxit. Cùm enim ve-
 riùs sit te ex hoc seculo emigrasse, quām vellem, vt
 iam inde corporis tui præsentia, charissimo conui-
 ētu, dulcissimisquæ moribus tuis omnino frui non
 liceat, visum est mihi in eo maximè laborandum
 esse, vt si minus diem illum tibi præscriptum & fata
 tua remorari potuerim, saltem nomēn tuū ab obli-
 uione possim vindicare. Cuius rei si studiosus in
 vita fuisti, sum quidem ego multo studiosissimus.

Id autem

5

Id autem in Menalcę nostri editione haud dubium
euenturum existimauit, qui (meo iudicio) tantum
fauoris apud nepotes nostros reperturus est, vt ab
eis benignę exceptus lectusque perauidè, vtrique
nostrum nominis memoriam comparare potuerit:
eadémque ratione apud eos nostrum illum mutuū
amorem, nostram suauissimam vitę consuetudi-
nem, tuásque singulares & egregias virtutes prædi-
care. De quibus, non magis quam de cæteris laudi-
bus tuis, hoc tempore ne verbum quidem facio, sed
tamen spero mea diligentia atque opera tantum
effecturum esse aliquando, vt nulla ventura ætas,
nulli populi finitimi, nullæ etiam exteræ nationes
de eis conticeant.

Interim salut.



A iij

and to have all the power of the world
and to command all men. And when he
had said this, he went out. And when
the chief priests and the elders of the
people heard that Jesus was dead, they
said, "Let us make him a king." But
when they heard that he had gone out,
they said, "Let us make him a king."

And when Jesus had come into the
city, the people took branches of palm
trees and spread them before him. And
when he had come into the city, the
people took branches of palm trees and
spread them before him.

And when Jesus had come into the city,
the people took branches of palm trees and
spread them before him. And when Jesus
had come into the city, the people took
branches of palm trees and spread them
before him.

And when Jesus had come into the city,
the people took branches of palm trees and
spread them before him. And when Jesus
had come into the city, the people took
branches of palm trees and spread them
before him.

And when Jesus had come into the city,
the people took branches of palm trees and
spread them before him. And when Jesus
had come into the city, the people took
branches of palm trees and spread them
before him.

And when Jesus had come into the city,
the people took branches of palm trees and
spread them before him. And when Jesus
had come into the city, the people took
branches of palm trees and spread them
before him.

And when Jesus had come into the city,
the people took branches of palm trees and
spread them before him. And when Jesus
had come into the city, the people took
branches of palm trees and spread them
before him.

And when Jesus had come into the city,
the people took branches of palm trees and
spread them before him. And when Jesus
had come into the city, the people took
branches of palm trees and spread them
before him.

AD MVSAS.



V Æ colitis sylvas, riguósque in
 vallibus amnes,
 Semotis populi arbitriis, Iouis in-
 clita proles,
 Si vestrum numen venerans à
 mollibus annis
 Eoī fumo thuris, lectaque bi-
 dente
 Dignari volui: uestros si semper
 honores,
 Argutæ fidibus citharæ, sub pectine eburno
 Cantaui, aspirate mihi solatia ruris,
 Laudésque agrestis vitæ, resonante cicuta
 Ludenti; monstrate locos, monstrate recessus
 Angustos etiam, quibus insidere latentes
 Quæq; voluptates, mecumque, sub aëris auras
 Eruite, ut possint manifesta in luce videri.

Menalce

A iiiij

MENALCÆ
GERVASII SEPINI
 SALMVREI AD HENRICVM
 BELLAIVMÆGLOGA PRIMA.
 Tityrus, Mopsus pastores.

TIT.



OPSE quid ardenti cùm lam-
 padē fideret arua
 Hesternus Titan, lauri bene-
 olentis in umbra
 (Laurus enim ramis curuatis
 undique opacat
 Exedram, & tenuis riuis cir-
 cumfluit undis)
 Quid vobis senior narrabat tri-
 ste Menalcas?

Intenti ut senis omnes pendebatis ab ore!
 Ut vobis lachryni facies humebat obortis!

MOP. Verum: & nunc memorans fletus prope Tityre nobis
 Elicis: exudant viden' ut mihi fletibus ora?
 Sed præ læticius, neque quicquam (ut rere) molestum,
 Sed quod erat, senior narrabat dulce Menalcas.
 Canicie ille quidem, & longo spectabilis ævo,
 Et quem multarum premat experientia rerum
 Quàm prudenti ore & maturo pectore fatur!
 Sed satis ista tibi, superent modo tempora nobis.

TIT. Immo & nunc patula dum sub Iouis arbore sidens
 Omne pecus tacitum depastas ruminat herbas;

Narremus

P R I M A.

Narremus: neque enim tenuis producitur umbra,
Sed medium ascendit iam nunc sol igneus orbem.
Mella senis narremus, & aurea dicta Menalce.

Non equidcm fugio, lator mage: carminis eius
Vsque adeo meminisse iuuat: tu si quid ab umbra
Secedat pecus, obserua: & dum frigus amicum,
Gratique perstringens ripas dat murmura nobis
Touia, sermonem senis alta mente reponas.

MOP.

Fortè aderant mecum Lycidas, Melibœus, & AEgon
Insignes musa, ac inflati cantibus utris:
Quodque dies festus, visum est insumere longas
Ambrosiū imbutis senis in sermonibus horas.
Cernimus exedrae in medio de more sedentem
Longæuum: hæc primùm viuis circumdata ramis
Arte decenti intexta, & floribus aucta quotannis
Iunciferi Touiae, tremulas præter viret undas.
Tum Lycidas: Ecquid genitor quod flumina suetis
Alueis egressi modò latius exundarunt?
Et segetiflauæ, linis & olentibus, & iam
Maturo pratorum insultauere virori?
Causa mali Liger, à vernis spirantibus auris,
Et Boiis niuibus (Boios si ritè recordor)
Auctus, vicinos tumidusque refusus in amnes.
Hic paulum cunctari animo longæuuus, & inde
Respondere. O vos fælices atque beatis
Diis similes, atauis orti pastoribus, ipsi
Pastores, solis quibus hic natura videtur
Tellurem & fluuios & apertas aëris oras
Struxisse, & circum faciem inclinare fauentis

B

Cæli, quid Ligerim verbis urgetis amaris?
Qui vos egressos vitale in lumen & auras
Athalamo materno exceptit mollibus vndis,
Sordibus & primis immersos abluit artus:
Hic solitus limphas epulis præbere salubres,
Et lentos ouibus tonsis depellere morbos:
Hic pisces varios liquidis nutrire sub vndis,
Quos modò vimineis naſſis, modò retibus actos
Ad ripam inclusos mensis adhibemus opimis:
Ut me tam dulci iuuet indulgere labori,
Piscibus insidiāsque bamis intendere aduncis
Saepius exigua peragrandem cærula cymba.
Quis cum flagrantes exurit Syrius agtos,
Arescuntque herbæ ſiccæ à radicibus imis,
Purpureæ violæ, & miſtis vacinia calthis ✓
Demittunt capita & cælum auersantur iniquum,
Quis prata inductis ſitientia temperat vndis?
En Liger irriguus moribundas fufcitat herbas.
Forsitan & pereunt ſegetes, ſuperantque per arna
Carduus & lolium: una fames Salmure a rura
Saeva premit, dentesque acuens futit omnibus & qua:
Quis tantæ cladi ſolatia ciuibus affert?
Quis larga adportat miseriſ frumenta colonis?
Ecce labans flauas Ligeris vix radit arenas,
Vrbibus auectas ſegetes ut portet alumnis,
Et noſtra immensa ſubitò impletat horrea melle.
Quare age parce puer grauibus vexare querelis
Immeritum Ligerim, & mordacibus vrere dictis.
Sed potius bona, & ingentes ſpes diſcite veſtras
O magis

O magis atque magis fælices: quid iuuat ullas
 Proferre in medium clades, quos tanta beauit
 Luxuries rerum & cuiusuis copia voti?
 O fortunatos, qui nullis mænibus urbis
 Inclusi viuatis! ubi densissima turba
 Et raucus strepitus fessas circumtonat aures.
 Illuc insidiae, vetitique licentia ferri,
 Fraudésque iniusta tectis & turribus instant.
 Illuc saeva facem ardenter discordia vibrans,
 Cunctisque inspirans crinales verticis angues ✓
 Incedit, miscetque malis aconita venenis:
 Circumstant morbi que, metusque, algorque, famesque, ✓
 Cunctorumque magis viliis contemptus agrestum.
 Saepè ferens agnum venalem aut de grege caprum
 Nonnullisque ouibus canentia vellera tonsis
 Vrbem adiij, sed nulla dies in tecta remisit
 Me non opprobriis non turpi scommate inustum. ✓
 Denique mane nouo poris bipatentibus omnes
 Irrumpunt scelerum facies & mænia complent.

Quæ nos agricolæ ea tot contagia lædunt?
 Qui cælo teste ænum agitamus & æthere aperto,
 Et solis scimus vita indulgere labanti.
 Qui putrem attrito inuertentes vomere terram,
 Paruaque diductis credentes semina fulcis,
 Plura domum trahimus stridentia plaustra maniplis: ✓
 Carpenterisque almæ largissima fœnora terræ,
 Suppliciter colimus Cererem modulamine festo,
 Thureque fumanti sacros celebramus honores:
 Vt tempestates varias cœlique, Notique

Imbrisferam rabiem, & Boreæ mala frigora iniqui,
 Nubésque hybernas niuum, lapidesque ruentes
 Grandineos, ut tot percessos usque labores
 Non bona defraudans cumulauerit ubere meſsis.

Hæc tellus pecori viridantes germinat herbas,
 Arbuta, florentes dumos, viburna, rubosque,
 Quos depascentes pecudes auidæq; capellæ
 Quotidiè pressis implent multralia mammis —
 Lacte nouo, largas deponunt forfice lanas,
 Et teneros fœtus pariunt, mea vota, capellos,
 Balantesque agnos, agnos pedibus trepidantes,
 Matrēsque inde vagas passim per rura sequentes!

Præterea calthas, & cœruleos hyacinthos,
 Lilia, narcissum, vacinia mista ligustris,
 Purpureas violas, & mollem gignit acanthum:
 Qui flores si non surgunt ouibūsque caprisque,
 At vos delectant pastores sæpe corollis
 Texendis phylira capiti rudibūsque capillis:
 Dulcie enim spirat positis sic floribus aura.

Quid fructus genus omne loquar? sic uisque, nucēsque,
 Castaneas, pyra, māla, & mistis pruna volemis, —
 Cornaque moraque confuso saturata cruore
 Nobilium (heu male faustus amor iuuenilis!) amantum.
 Nam nullus nobis baccis oleaster abundat,
 Nec nostros agros insignit Adonia citrus.
 Munerāque ex istis benevolentia mittimus urbi,
 Primorum ut saltem liceat sentire fauorem.
 Promeritum donis, & eo prohibere periclis
 Res nostras, si forte nocens fortuna reflaret:

Quædam

Quædam asseruamus gelidæ sub tempora brumæ.
 Quid Bacchi dicam latices, tumidosque racemos?
 Et musto Andino spumantia præla quotannis,
 Quale solo nusquam producit Gallia in omni?
 Nósque deo sacris, veterum de more, litatis, /
 Inuentum cuius, sata vinea tempore Veris
 Floret, & Assyrium latè dispergit odorem,
 Crescentes grauido nutrit de palmitæ botros,
 Tandem & maturas messori deserit vuas,
 Gramine seu mollii recubantes, dum calet aër.
 Implacidosque canis maior vomit ore calores,
 Seu pluit hybernusque Notus creat aëre nubes,
 Nos ea spumanti patera libamus in umbra
 Vina, & conferimus paruis coniuia natis.

Discite pastores, quæ quondam vera Palæmon /
 Narrabat. (prudentem ætate Palæmona & usu
 Informi quamvis tunica craßoque galero /
 Effultum memini velut excoluisse parentem,
 Ipsumq; instructum diuinis artibus omnes
 Stipabant soci signantes voce magistrum.) .
 Principio natura simul vaga sidera finxit,
 Pontum, & latifluo quicquid sollumine uestit,
 Sepxit se nebula, ac ampla circumdata palla,
 (Quæ pendet ceruice, notis signata decenti
 Arte intertextis, hic quæque animalia viuunt,
 Viuus & effigie varianti pingitur annus)
 Nunc latet in terris, in aquis, & in aëris oris,
 Sublimis nunc illa polos supranolat alis,
 Et totum ingenti gyro percurrit Olympum.

Mille colorum illi species & mille figuræ,
 Nectantum varius, quamvis se vertat in omnes
 Formas, Emathio degens in gurgite Protheus:
 Protheus (nomen id est) Neptuni ingentia seruans
 Monstra, idemque canens diuinitus omnia vates.
 Nec tamen hæc penitus cum nube obscuræ recedat
 Non puris oculis aperitur in æthere claro:
 Vnde magis solita est ouium apparere magistris,
 Quorum simplicitas & fraudis nescia vita
 Luminibus nubem obductam dispergit in auras,
 Oraque digna facit mortalia numinis ore.
 Nunc picturatis pratorum floribus astans,
 Nunc ea sulcatis gratumque viuentibus agris
 Et flauis segete æstiua improuisa renidet.
 Hic frutice in lento, densis in vepribus illic,
 In tenui virgulto, & in altis quercubus hæret,
 Sicubi vallis erit vario distincta colore
 Herbarum, & dulci fragrēscens graminis aura,
 Ad caput emanans fons è rudiore scatentis
 Rupis scabritie musco circuminduit oras,
 Et tenui in medio fugiens riuo undique saxa
 Parua rotat secum, liquidisque immurmurat undas:
 Alueolus spissis infestinatur arboris umbris:
 Et dum Phœbus agit terrarum in viscera rimas,
 Ipsasque halantes æstiua lampade lustrat,
 Si leuis in ramos agitatos sibilat aura,
 Et tremula flaxima tremuloque superuidet undas
 Lumine, si filet in ramis immobilis aura,
 Immota flamma immotoque superuidet undas

Lumine tralucens duntaxat in arbore densa.
 Hac natura frequens demissa valle sedebit,
 Pastorēsque illam sēpe hīc videre iacentem.
 Tum mage si quis habet mons alto proxima cælo
 Terga supina, premunt quēm glandiferæ agmine denso
 Quercus, & patulæ fagi, & tædæ, piceæq;; /
 Et procera abies, necnon magnæ ciparyssi:
 Sub ramis humiles cornus lotosque residunt,
 Sub pedibüsque etiam surgunt virgulta nouella.
 Omnibus his amor expansi subtexere ramis
 Cælum umbrâ, & lucis Titana arcere coruscum,
 In quibus errantes cerui, damæ, capreæq;;,
 Capreolique leues viridantia gramina pascunt.
 Huc media luce appulsi ouibüsque caprisque
 Pastores auræ bene olentis frigora captant:
 Aura veni(dicunt) fessis pastoribus æstu
 Aura refrigerium, tu sola quiësque salusque
 Aura fatigatis, dulcis dea, dum calet aér,
 Onos ô pecudes spiramine frigoris affla.
 Hic locus est, solet ecce latere frequenter in illo
 Natura, & parere ouibüsque ouiumque magistris:
 Parentemque canes & oves ouiumque magistri
 Arcano sensu agnoscentes numen adorant.
 Sæpe inter vites veneratus vinito illam est:
 Sæpe inter vitulos armentaque lata vagantem
 In stabulis & agris multi videre bubulci:
 Nat pelago quandoque, regens delphinis habenis:
 Ac veluti Thetys, aut Amphitrite Oceanitis
 Fert celeres cursusque recursusque omnia lati

Per maris hospitia, assurgunt trepido agmine pisces,
Atque suis Phocæ dominam venerantur in undis.

Quid dicam ô dulces nati quotiesque quibusque,
Diua locis mihi sponte sua dignata videri est?
O qualis æpe illeuit dulcedine sensus?—
Nuper ego umbrosa deponens membra sub ulmo
Purpureum florem decerpsi pollicis ungue:
Tum mecum admirans radiantem in luce colorem,
Ut qualem incocto simul omni murice tincta
Haud unquam Tyria aut Sidonia purpura reddat,
Oscula libabam fugentibus oscula labris:
Ecce inopina mihi natura oblata repente
Egregia specie stupidos perstrinxit ocellos:
Hei mibi quis decor? & quantum fulgoris in illa?
In lauro & violis flauos redimita capillos,
Bina serenata pandebat sidera frontis:
Fulgebat rosei oris honos, pendebat Eœa
Auribus è geminis lapis interlectus in unda:
Baccatumque aurum cingebat eburnea colla,
Colla, & turgidulas spirantes molle papillas:
Succida, & Assyrio benevolenti perlita amomo:
Afflaratque sibi decus immortale iuuentæ.
Qualis plena solet per cælum surgere Luna,
Dum fratrem occiduum aduerso circumspicit ore:
Innecta inferius bigas moderatur habenis,
Atque fugans tenebras minuit sua lumina stellis.
Intentos figens oculos diuina colebam
Ora deæ, at mecum, heu, cupiens retinere parumper,
Effugit, & tenues euanida cessit in auras.

Rufus

Rursus in antiquo faciens vestigia luco
 Dum tacitis oculis syluae loca cæcapererro,
 Alæua annosam rimoso robore querum,
 Magnaque pudentem sed inania brachia cerno:
 Ceruix fissa patet, rimisque fatiscit hiulca,
 Qua pluviæ ingentis vis lapsa furentibus Austris
 Desuper insultans venas irrupit aniles:
 Mox Phœbi ardescens flamma imis acta medullis
 Calfaciens concretum humorem denique truncum
 Corrupit, sensimq; hausit putredine fibras: /
 Hunc raræ circum frondes ramique virebant,
 Nullaque luxuries foliorum, at robore solo
 Subtexebat humum viduatam floribus umbra.
 „ Tum mecum: Ecquid homo est: inflata superbia cuius,
 „ Despecta tellure, polum exuperare profundum
 „ Quærens non homines non diuū fulmina curat?
 „ Et tamen humanæ per mille pericula vitæ
 „ Conditio est, propiorque illi mox terminus hæret.
 „ En quæ luxurians foliis viridianibus olim,
 „ Et densis ramis succosi roboris arbos.
 „ Floruit, aërias tantum sublimis in oras
 „ Vertice, quantum imis radicibus in Styga tendit:
 „ Nec potuit tamen insultantes aëris iras
 „ Pellere, nec sibi vim pluviōsi auertere cæli.
 „ Talia dum gressu hærenti sub pectore voluo,
 Ecce eadem fit Diuina oculis iterum obvia nostris,
 Sed tristis, vinxitque ideo torpedine sensus.
 Tempora canebant raris conspersa capillis:
 Frons variis rugis sulcata, genæq; seniles

Pallebant, geminosque oculos urgebat inertes
 Effætus stupor, atque obtusos luminis orbes:
 Oris nullus honos, tinctis liuore labellis:
 Colla vieta rigent neruis, nudæque papillæ
 Flaccescunt, marcetque hausto cutis arida succo.
 Obstupui, talisque animum perstrinxit imago:
 Sed mihi proposita informis ratione figuræ,
 Nec stupui, nec me talis modò strinxit imago.
 O quoties alias nobis conspecta repente,
 O quoties & quæ nobis dea verba loquuta est?
 O quale illius distillans nectar ab ore
 Permulcens sensus expleuit dulciter aures?
 Felix quisquis eo tingit sipientia succo
 Labra frequens, mellitoque illinit ora liquore!
 Felix qui potis est diuinos cernere vultus!
 Omnique ex animo curarum mole fugata
 » Naturam passim rerum cognoscere causam!
 Quandoquidem maius nullum mortalibus ægris
 A summo rectore bonum est, neque pectora diuūm
 Maiora ætherio titillant gaudia cælo.

Præterea memini narrare Palæmona nobis
 Ut nunquam optaret diua urbis mœnia adire:
 Quod fucus fallax, ementitique colores,
 Et fictum inducens ars ambitiosa decorem,
 Non solidam effigiem, per limina sacra deorum,
 Pérque ædes hominum priuatas omnia turpent.
 Multosque aiebat flagranti ardore teneri
 Naturam in vera formaque habituque videndi:
 Per vicosque urbis per compita plena tumultus

Exquirunt

Exquirunt tamen, hōque exercet cura perennis.
 Assiduē euoluunt folia, incumbūntque tabellis,
 Inuigilant noctēsque diēsque laboribus hausti,
 Hos aditus iamque hos aditus, & cuncta pererrant
 Auribus atque oculis loca, sicubi forsitan illa
 Occurrat, nudētque oris fulgentis honorem:
 Posse hos multa quidem certa ratione videre,
 Verāque contemplari animo nonnulla Palæmon
 Dicebat: verūm formam, solidūmque iuuentæ,
 Purpureæ florem, & radiantia lumina frontis
 Si quisquam exhaudire velit, procul urbibus erret,
 Rura amet, & riguas solus decurrat ad undas,
 Montēsque arboribus stratos, ubi diua quiescit.
 O vos fœlices, diuino numinis ore!
Quorum oculi digni, digna expers criminis ætas!
 Fœlices, quos rura tenent, atque ubere lacteo
 In gremio complexa fouet dulcissima tellus.
 Hæc pia mater alens quæcumque animalia paſſim
 Irrepunt aluo, & pedibus uestigia firmant,
 Quæ plaga sidereo ſuſtent at proxima cælo,
 Et maris undisoni campus circumfluus orbi
 Celat, eis præbet cunctis alimenta diebus
 Effundente manu, sed uestri urgentior ipsam
 Cura ſubit matrem, vobis bona plura ministrat
 Vberiore ſinu, & ſolis velut alma laborat.
Quid vos longa fames, quid vos premit ardor edendi?
 O misere errantes in mænibus urbis egeni?
 Ecce cibis largis prætendit dia viarum
 Sepes, & circa dumos arbusta que odora

Fraga parit, quæ sœpe manu collecta recenti
 Delicias faciunt fusa in pinguedine lactis,
 Sæpius & lautis mensis adhibita potentum
 Phœbæ & stiulos compescunt lampadis ignes:
 Floribus & foliis insudat ab aëre mella,
 Appendit paßim communibus arbutas sylluis,
 Colligite, & magnum sentite parentis amorem:
 Expulsaq; fame antiquos telluris honores,
 Tam sanctæ telluris honores tollite læti:
 Et dignas libate insonti pectore laudes.
 Vosque ipsi memores dum molle sedebitis umbris
 Iunco intexentes fiscellam è flumine lecto,
 Vimineum aut calathum ad flores & poma ferenda,
 Aut siquidem fundæ eduentes stupeæ habendas,
 Dum leuiora alij cantabunt carmina canna,
 Telluris merita exultim super astra feretis.

Et Ligeris merita exultim super astra feretis,
 Qui sœpe irriguus moribundas suscitat herbas,
 Ruisque inductis oblimiat inertia prata.
 Hic vobis frigentem Arctoi flaminis auram
 Expirat, dum Phœbus equis contingit Iberos,
 Halantes rimis terras feruore relinquens.
 Hic uestrìs ouibus sitibundis pocula præbet,
 AEstiuamque sitim restinguit flumine viuo.
 Quin vestros artus sustentat mollibus undis,
 Dum cælo dorsum ostentantes, pectus arenis,
 Ore undam efflantes, hinc inde pedesque manusque
 Flectitis, & faciles delphinum more natatis.
 At Lycidas Ligerim modò latius exundantem
 Vicinosq;

Vicinosq; amnes inflantem audaciūs urget:

Scilicet ignorans Lycidas quæ causa malorum

Tantorum, quæ nos deformet plurima labes.

Eià age nate mihi, quæ res exciuerit oris

Andinis tanta irato præsagia cælo:

Vnde modò ætherias sint ædita monstra sub auras:

Quæ stupui admirans, stupuit percussus Amyntas,

Et totam magnis quatieri pauoribus urbem.

Quales laruarum facies (si vera loquentum

Fama est) in mediis insultauere tenebris?

Quam crebro dirum strepere intellecta per umbras

Strix? bubo que gemens ferali carmine quæsta est?

Quæ subito canibus lugubre ululantibus astra

Signa dedere? iubar vel Phœbus ab ore reduxit,

Vel nigrum obtexit vultum lita sanguine Phœbe:

Et pater omnipotens queis signis præferat iram

Hærens, iam cunctis stupidum prope terruit orbem.

Nullas ingratí superis construximus aras:

Nullus eas vitulus nec de grege pinguior agnus

Perfidit, neque odoriferum spirante vaporem

Thure, preces diuis meritis effudimus ullas.

Non Ligeri seruatus honos, dignásque reposcit

Diluicio pœnas, non debita victimæ sacræ

Oblata est, id quoque ultrices sensimus undas.

Fer Lycida vittas è thimbra & rore marino,

Absteras maculis expande manuſque animumque,

Hostiaque incensis dum sancta litabitur aris

Placatum supplex diuorum numen adora:

Et Ligerim, qui culta noualia fronte tumenti:



Euertisse potest, & Touiam arundine cinctum,
 (Ecce propè hos nostros sermones auribus haurit)
 Floribus effusis & sino lactis honora,
 Pubescent segetes, largis tua panda racemis
 Vitis abundabit, nec olenia lina nec herbas
 Pratorum sternet Liger insultantibus vndis.
 O quantum ô pueri dulces hic dignus amari est!
 Qui multum obliquis & anhelis cursibus errat

Longius, Oceani refluum infundendus in æquor,
 Ut nostros limo terræ pingui alluat agros,
 Dulcifluisque vndis Salmurea temperet arua.
 O quam sàpe mihi visus comitante sororum
 Nereidum turba exultim indulgere choreis!
 Dum solus residens riparum in gramine molli
 Contemplarer aquas, alibi flauescere arenis,
 Vorticibusque volutatis & murmure rauco
 Ferri alibi rapidas: si quidem prosternere nixa
 Affixam terræ salicem ab radicibus imis,
 Arboris immoto trunko arcebantur, & ira
 Spumantes quòd sit fractus suis impetus omnis,
 Longa susurrantes turbatæq; ore ruebant.
 O quam sàpe mea percurrens cœrula cymba,
 Dum libet insidiæs moliri piscibus hamis,
 Ludere Naïadum vidi stupuque cohortem
 Frondosæ inter salices, si qua insula gratis
 Per flammæ Phœbi æstiuas circumuiret umbris!
 Vna comam sparsim per eburnea colla remittens
 Siccabat madidos fulgenti in sole capillos:
 Post tenui vitta sublimi à fronte coercens

Circum apicem inductos auro baccisque premebat.
 Vna sibi nectens viridanti è fronde coronam,
 Contexta simili vincibat flava sororis
 Tempora, mox alias simili vincitura sorores.
 Hæc nudata sinu exornabat bina monili
 Vbera lacteola, hæc salicis frigentibus umbris
 Gramineoque thorore fidens cantabat amicas
 Cælicolum flamas, sacrique cupidinis arcus:
 Cui fidibus liquidis citharae sub pectine eburno
 Tres simul è numero sua carmina respondebant.
 Hic illic aliae incubentes stantibus urnis
 Lethæo veluti languentia lumina somno
 Victæ cladebant palpebras molle fluentes.
 Omnesque haud ulla trepidant formidine Panum,
 Precipitique pede hic Faunos Satyrosque procaces
 Effugiunt: sed longa quies, salicumque recessus
 Securi, latebrae securæ æterna ministrant
 Gaudia, læticiaisque beatis undique nymphis.
 Vna voluptates proprias sibi querere mens est
 Omnibus, unus amor ludisque iocisque vacare.
 Sic ego saepe illas conspexi in molibus herbis
 Ludentes, nec ad ora mea improuisa stupentes.
 Nullus enim excisus mihi ramus ab arbore sacra
 Illarum solitas discussit in æstibus umbras:
 Nec fontes liquidos nec lymphas labilis urnæ
 Vlli obtrui impuris pedibus manibusque:
 Sed colui semper faciles, & pectora earum
 Nuda videntem me reuerentia debita mouit:
 Et memini salici pendentem ad fluminis oras

Inscriptam his verbis me s̄æpe notasse tabellam:
 VNDARVM RVRISQUE PIIS CULTORIBVS ALMAE
 NAIADES EGREGIAS FACIES QUE SINVSQUE REVELANT:
 ET SI QVAE NEMOROSA COLVNT SPELAEAS ORORES
 NYMPHAE, ET SI QVAE AGILES DVCUNT PER PRATA

Hec pueri mādate animis grātissima vestris: (CHOREAS.
 An dubitatis adhuc: nec eos sentitis honores
Queis estis nati, modò simplex manserit ætas
Nymphisque his cultum & sanctum impendatis amorem?
Affernati urbes, puri quæ fluminis vndas,
Sordibus & maculis excrementisque profanant:
Sed miseræ digna cxeptant sua præmia tandem,
Immotisque manent fatorum numine pœnas.
Ecce autem nostræ pecudes, dum pascier hora,
Et tenuis Phæbi calor, in diuersa vagantur
Longè à conspectu, latèque arbusta pererrant.
Tityre coge pecus, iam cætera sponte sequemur.

TIT. Mopse agedum surgentes compellamus in unum
 Dispertas, illac perges, ego vallis in umbris,
Quo plures, viden' herbarum ad noua germina inundant,
Occurram tibi: mox collectis omnibus una
Hanc ex diuerso rursus veniemus in umbram.

Menalce

MENALCÆ

GERVASII SEPINI

SALMVREI AD HENRICVM
BELLAIVM ÆGLOGA SECVNDA.

Tityrus, Mopsus.



OMPVL SÆ à latebris demis- TIT.
 sae vallis in unum
 Iam tandem pecudes prato pascū
 tur aperto.
 Mopse eià haud patiare hanc
 euanscere lucis
 Temperiem incassum, sed dicta
 incepta Menalcæ
 Prosequere, heu breuior mora
 quam mihi longa videtur?

Optatis potiere tuis, iam parce timori: MOP.
 Qui menti siquidem insedit laudabilis ardor
 Inuitat me, sponte tibi ut senis omnia pandam
 Ordine subrara tantum recubemus in umbra,
 Dùmque loquo, credas ipsum exaudire Menalcam.
 Iam vos ô nati dulces narrantis ab ore
 Noftis(ait) qui naturæ solertia in usum
 Solius veluti agricolæ procuderit orbem
 Terrarum, liquidas & aquas, quamque ampla per omnem
 Vitam ex his circum sibi commoda fundat agrestis:
 Nunc etiam enumerare iuuat quas aëris ora
 Mille voluptates ruis cultoribus affert.

D

Cum Phæbo liquidū fulgente serenior esse
 Incipit, & densas Austrino flamine nubes
 Perstringens tenui spirante Aquilone relaxat,
 Ecce per aërios librans sua corpora campos
 Pennigeratum avium pictis exercitus alis
 Exultim plaudit cùm multisono modulatū:
 Vocibus & nitidis irritans antra canora
 Permulcet lātas variis concentibus auras.
 Quales emitunt mistos sonitusque modosque
 Fistula, fistra, cicutæ, cornua, tibia, & utres,
 Inq; pares calami, lituique, tubæq; minores,
 Dant rythmos tenues, dulcesque, grauesque & acutos,
 Responsant montes, nemorumque resultat imago
 Vocalis, sensimq; sonus vanescit in auras.
 Sed velut omnibus his testudo pollice lœui
 Threicij vatis fidibus pulsata canoris
 Blando & pellaci cantu magis aëra mulcit:
 Saxa mouet, Zephyros premit, umbratürque sequaci
 Arbore multiplici, sic lento pendula ramo
 Ad tremulas undas renouans Philomela dolores
 Auritos saltus lachrymosis afficit odis,
 Et nemorum argutas perstringit questibus umbras.
 Cantando haud satis excrescentes condere soles,
 Sed quoties latitans fruticeto iungere noctes
 Sensi? & frigescens hausi sine fine canentem,
 Intentosque sonis nullo cum murmure lucos
 Cernentem? Quid dicam Austrum cum nubila cælo
 Inducunt, tenuesque auras ita flamine densant,
 Ut Phæbus vultum coniectus nubibus atris

Excutere

Excutere haud possit radiis feruentibus umbras?
 Cærulei conuexa poli clauduntur, & una
 Pallescit mundi facies obscura, madensque:
 Ecce leues pluuiæ sensim labuntur, & almae
 Effunduntur aquæ paulatim viribus auctis.
 Puluerei exudant agri, uberiisque rigantur,
 Humorémque bibunt diffusum, & hiantia longa
 Ora siti demum opportunis imbribus explent.
 Surgunt spes plenæ agrestum tellure iacentes:
 Exultant segetes, congaudet pampinus uuis,
 Arrexere caput cœlumque tuentur amicum
 Florentes herbæ, tum mollis amaracus auras
 Spirat odoriferas, tum lactea lilia rident,
 Et rosa puniceas matutina explicat alas.

Cùm vero æstiuus pandit sua brachia Cancer,
 Nec pluuiosus adhuc distillat nubibus humor,
 Tunc solùm tenues extrema nocte liquores
 Sudans irrorat duntaxat frigidus aër:
 Effundit baccarum instar per gramina guttas
 Mane nouo, & siccas sole hesterno irrigat herbas:
 Tum multi educunt stabulis armenta gregesque
 Pastores multis regionibus, ilicet uida
 Depascuntur adhuc arbusta rubóisque capella,
 Et cythiseum & lotos inducto rore madentes:
 Sed nocet, & morbo pecudes in finibus hisce
 Inficit, ascendensque orbem Titania lampas
 Decutiat lentum humorem feruore necesse est
 Ante, greges quām sit vobis in pascua læta
 Fas agere, usque adeò non idem est omnibus axis

Arctous, non quæque eadem plaga subdita cælo.

*Quid Zephyros memorem? quorum spirantibus auris
 Terra afflata sinus pandit, fœtusque virenti
 Egremio aërias soluit fœcunda sub oras?
 Tum picturati seruantur in arbore flores,
 Collibus apricis laxata in vite fouetur
 Gemma latens, sensimque emisso è palmite prodit:
 Inter oves lœtas paßim feruentiaque ipsa
 Atmenta, inter aues cæli per inane vagantes,
 Piscésque undisonis inclusos tractibus unus
 Regnat amor: sitiunt Venerem, haustaque pignora in aliis,
 Qui stimulauerunt, Zephyri ijdem flamine seruant.
 Annuus inde oritur prouentus agrestibus ingens,
 Ingens fœtura, & per ouilia plena tenelli
 Balant cum vitulis hœdisque recentibus agni.*

*Num referam Arctoos verrentes aëra flatus,
 Corporibus nostris male habentibus usque salubres?
 Et matutini solis de partibus Euros,
 Semper in occiduas spirantes leniter oras
 Araua per aëria & spacioſos undique campos
 AEtheris apta homini hæc flantis spiramina rebus?*

*Vnus duntaxat miscet terramque polumque
 Turbinibus Notus, & fructus ex arbore sternit
 Liuidulos, nec adhuc beneolente rubedine pictos:
 Et mare præcipue vertens à sedibus imis
 Naibus errantes deprendit in equore nautas:
 Hi, tumido fluctu sublato ad sydera, tangunt
 Cœruleum & salsa rorans aspergine cælum:
 Et subito (memini audita) in telluris hiatus*

Voluntur

Voluuntur proni cùm precipitantibus vndis,
 Infernique Iouis pallentia regna recludunt.
 Hic clauum premit, ille trahit pendentia malo
 Carbas a puppem alijs religunt, remosque reducunt,
 Ascopulisque cauent, quæ dum sine more geruntur,
 Tempestas insana furit, feruens furit æstus.
 O nos fælices! qui nullis fluctibus acti
 Omnes immitis pelagi contemnimus iras:
 Sed tuta secura solo vestigia semper
 Figentes tacite absentes miseramur in alto
 Nautas, & miseris portus optamus amicos:
 Aëraque halanti placamus thuris acerra,
 Si fortasse Noti rabiem furiásque minásque
 Frangat, & insanas pariter demulceat vndas:
 Sic primis foliis, tenerisque ex arbore natis
 Floribus, & sensim in fructus turgentibus almo
 Vere, uni Zephyro molli committat habenas.

Præterea agricolis illa est concessa facultas,
 Ut possint gaudere magis vitalibus auris,
 A Etheriaque plaga & Ioue respirare patenti.
 Nuper ego haud procul hinc præcelsa in rupe sedebam,
 Et tacitus terras longa in conualle iacentes
 Spectabam. ante oculos interfuso amne coibant
 Latifluis Liger & multò breuioribus undis
 Touia: tum regio arridebat longior illa,
 Quæ Ligeri oppositis tantummodo molibus astat,
 Fertilis, & multò Bacchi Cererisque fauore
 Clara, & Pomona constrata feracibus hortis.
 Sic vaga conuoluens huc paßim lumina & illuc,

Visumq; includens in collibus vndique cinctis
 Obscura nebula elatisque ad sydera fumis,
 Solum agrum Andinum vergentem à flumine ad Arcton
 Cernebam latè: Andinum! cui singula tellus
 Subiecta imperiis Henrici regis amæna
 Orâ, & cunctarum concesserit ubere rerum:
 Tum mecum: o quæcumque beat fortuna superbas
 Vrbes, huic nostræ meritò se conferat uni?
 Quæ nebulas crassas sœuamque mephitin olentes
 Vfque bibunt passim ob fordes per strata iacentes,
 Et pura ecce aura, dulci & liquido aëre vescens
 Planicie cœli fruor & regione serena:
 Mox tristis mihi perculsit meditatio sensus.
 » Terra antiqua olim multis habitata colonis,
 » Ex quo te primùm (ut nobis narrare Palæmon)
 » Naturæ artificis solertia Dædala finxit,
 » Heus ubi nunc tot ei cultores? siccine demum
 » Quos prius edideras consumptos corpore perdis?
 » O quantò magis est dignum ac laudabile cœlum!
 » Quod bona cuncta suis indulgens insuper omnes
 » Vita immortali donat non casibus ullis
 » Non curis ullis ullisque doloribus actos.
 » Dùmque in deliciis impendunt omnibus ænum,
 » Non minus interea bellorum agitata procellis.
 » O tellus, regum varios motusque vicēsque,
 » Nunc & Aremoricas experta es denique pugnas.
 » Sic fragile accipiunt precium ac mutabile semper
 » Quicunque addictis animis terrena sequuntur:
 » Nec quandoque oculos ad Olympi sidera tollunt,

„*Vt cupiant stabiles sedésque domosque quietas,*
 „*Et cælum solūm discant immobile teque,*
 „*Cum solē humanæ voluantur turbine magno*
 „*Res, variisque hominum nulla insint pondera factis.*
 Sic tacitus mecum, lachrymisque fluentibus vdo
 Ore statum fragilem rerum sine teste gemebam,
 Et nostras plorans curas miserabar inanes.
 Sed tenor interea à sermonis longius exit,
 Dum nos à diuini absistimus aëris oris:
 Qui passim infusus vitæ spiracula præbet,
 Et præcordia anhelitibus refrigerat almis:
 Luminéque infusos oculos obiecta tueri
 Cuncta facit, verum magis ardua cœrula Olympi
 Siderei vario circumvolentia motu
 Donat inexpletum admirari agrestibus, unde
 Pendet eis omnis fauor, insidensque suo orbi
 Titan feruentes radios diffundit in arua.
 Hic stupet, hic mihi mens ô nati effæta labascit,
 Plenâque deficiunt verba inceptantis in ore:
 Nam quis commemoret quos fructus luce sua sol
 Quâsque voluptates pariat mortalibus ægris,
 Sed magis agricolis: quantam & ferat ille boni vim,
 Quâmque superfusis semente sit utilis aruis
 Audite, ut vobis mage sit dignoscere promptum.
 Qui rutilante sua flamma videt omnia Phœbus
 Quondam in stellifero reperit fastidia cælo:
 (Causæ olim notæ fuerant, & Virbius, & qui
 Filius arte potens medica damnatus Auerno est)
 Tristisque orbe suo excedens diduxit ab ore

Lumen & ardentes radios, currūsque supinans
 Conclusit calidos nimium torpere iugales:
 Vtque suo posset sese excusisse dolore,
 Decreuit terras petere, & mortalibus uti
 Consiliis mortali inclusus numina forma.
Qua verò induta censemis imagine, quāmque
 Personam assumens humano apparuit ore?
 Non regis vultum immodica ambitione tumentem,
 Non ducis armati rabiem, non militis iras
 Immitésque oculos simulauit: nec magis astus
 Et faciem aptauit sibi mercatoris auari:
 Sed neque Apollinea redimitus tempora mitra,
 Vatémque effingens sacrum sibi reddidit ullus
 Ex adytis templis dubiis oracula verbis.
 Sed pastorali vestitu simplice tectus,
 Nodosumq; pedum, pharetram, perámque, canémque
 Deducens, pecudes Amphrisi ad fluminis undas
 Pauit, seruauitque ad pabula lēta capellas.
 Vnde beati estis pastores, numina celi
Quorum selectam voluerunt sumere formam,
 Regumque ut dignam mage præposuere figuris.
 Iam Phœbæa lyra ante epulis genialibus astans
 Cælicolum, & variis concentibus ilicet atras
 Demulcens diuū curas, quassata carénsque
 Blandisonis fidibus torpescit: plectræ quiescunt:
 Et sol am pastoris habet sine uoce cicutam,
 Quam necenim modò præ largis singultibus inflat.
 Phœbus inexpletum gemit, & demissa madescunt
 Lumina, frons marcat, languescunt labragenæque,

Omnis purpureus concepit fulgor ab ore,
Et vultus radij illustrantes omnia pallent.

Quid cælum interea? quid terra? quid unda? quid aëris?
Phœbæum cuncta in se sensere dolorem:
Anxiaque obstupuit primùm caligine densa
Obducens vultum soror, & si funditus omni
Obice discusso fratris plena ora videret.
Obtusa stupuere acie vaga sydera mundi:
Ac veluti in campis rabies ubi cruda leonis
Depastæ est taurum quem multa armenta sequuntur,
Stat longum sine voce carens ductore perempto
Omne pecus pauidum, piget ire, pedemque referre
In stabula, haudque sequi vestigia nota iuuenci,
Qui primus tentare vias fluviosque soleret:
Haud secus in caelo ipsa diu turbata quierunt
Astra, suaque diu caruerunt luce planetæ.
Frondes & fætus discussit quelibet arbos,
Deposuit nemus omne comam: conuulsa dolore
Dirigit tellus, saxisque crepantibus altum
Emisit gemitum: passim moriente virore
Picta suis flores sensere arescere prata:
Languescunt segetes, non vitis fulgurat vuis
Purpureis, sed adhuc virides in palmitæ prodit:
Luget & effusis distillans imbribus aëris
Efficit innumeræs torpenti humore lacunas:
Ecce Liger ripas superans exundat, & omnes
Irrumpens artus prosternit gurgite moles:
Quod pecudes stupidæ cernentes nulla frementi
E fluvio, neque enim sitibundæ pocula lambunt.

Sed neque bos plena ad præsepia ruminat herbas,
 Nec vitulus geſtit, tenera nec fronte iuuencus
 Luderè balantes lugent sub matribus agni,
 Et per prata iacent pro cunctis lusibus hædi:
 Non lupus ore auido insidias molitur ouili:
 Non Hircana Tigris satiari sanguine quærit:
 Sed demittentes iras solitumque furorem
 Prostrati in syluis tabescunt sponte leones:
 Nox premit una omnes, mundum caligine cæca
 A Gange ad Calpen media clausere tenebræ:
 Atque informe iterum iam nunc chaos omnia in unum
 Congesturum animis hominum impendere videtur.
 Cernite iam quantum nobis fulgere necesse est
 Lucem almam, & radiare micantia lumina Phœbi.
 Purus abest oculus mundi Titania lampas,
 Vallésque umbrosas lachrymosis vocibus implet,
 Ecce simul totum perfundit lucibus orbem,
 Ingens turbatis surgit confusio rebus,
 Defectaque absentis inania cuncta fatiscunt,
 Quæ placido aspectu redēuntis ubique fouentur,
 Suscepto & fætu geniali plena tumescunt:
 Nam quis demum illis sacris modus extitit umbris?
 Quis tenebras soluit nigrantes? omnia sensim
 Tristia Phœbe fugas animo exorantibus astris:
 Rides, ascendensque iterum rutilantia plaustra
 Diffundis claras per inania nubila flamas,
 (O dulcis mundi facies & amabile cælum)
 Ecce repente polus perfusus lumine fulget,
 Aëris immensi appetet liquidissima longè

Tempestas, redit omnis honos languentibus agris,
 Verna rosaria & informes sua gloria virgas
 Ornat, resque suis decor omnis floridus ornat,
 Et demum omnia lata sonant, saliuntque, ruuntque,
 Cum Phœbus radians manifesto apparuit ore.

Salue magne parens, calidæque caloribus almis
 Vita author nobis, reliquisque animalibus illis
 Quæ solo humore, aut ingestio semine surgunt
 In specie: tu frugiferis ades aestibus aruis
 Molle coquens segetes, fructusque herbasque virentes
 (Ut nullos planè agrestum frustri labores)
 Viuere queis valeat fotum genus omne animantium.
 Tu membris hominum ægrotis medicamina præbes,
 Radicesque salutiferas (non inscius artis)
 Succosque agricolis notos vel ubique ministras.
 Tu tua cum serò subducis lumina nobis,
 Noxque superueniens orbi atras explicat alas,
 Tum variq illudunt larvae, geniique nocentes
 (Sola quibus datur in tenebris scuire facultas)
 Terrorem pauidum incutiunt mortalibus ægris,
 Et referunt spectra effictis diuersa figuris.
 Cum verò retegis rubefactas lumine terras,
 Signaturque tuis prima orbita Eo a quadrigis,
 Nuncia in occasum croceis aurora supinat
 Membra thoris, strepit assiduis modulatibus aër
 Applaudentum auium, tigris concluditur antro,
 Aufugit & lupus in latebras, stratisque relictis
 Quisque suum agricola orditur per rura laborem:
 Tum fugiunt larvae, fugiunt geniique nocentes,

Infernisque suis citò confunduntur in umbris,
 Atque suæ ulmi sub foliis mala somnia sidunt.
 O quam iucundum est oculis animoque sagaci,
 Puniceo tete exurgentem manè cubili
 Contemplari! auideque tuos discernere vultus
 Nondum ardescentes! cum tu pulcherrime rerum
 Omnibus excellas summi virtute decoris,
Quæ natura potens excudit in orbe recenti.
 Ipse (quod est in nos signum immutabile amoris)
 Sæpe tuo variis depingis in ore colores
 Sponte, quibus veris gnari admoneantur agrestes
 Vel prope vel longè à stabulis armenta gregesque
 Sistere, tanta tibi est nostrorum cura laborum.
 Et face nocturna perstringens luna tenebras
 Illustrata tuis radiis fulgentibus orbem
 Tempora cuncta notat signis variabilis oris:
 AEstisque, pluuiásque docet, ventosque, niuésque,
 Munia curandis rebus rurine domine
 Nunciat, & quæ mox instent properanda colonis.
Quin sine luce tua, atque tuis nisi sydera cœli
 Ignibus arderent, haud possent villa caueri
Quæ coniunctis sæpe aspectibus illa minantur
 Pernicosa ouibus, segetique, & vitibus almis.
 Execitus veluti ille senex torpedine inertis
 In Capro pluuiosus agit de nubibus imbris:
 In Martis feruore premit rubigine culmos,
 Atque famem sterilem multis regionibus affert:
 Grandineos lapides condensat in aëris oris
 In flagrante Nepa: Orionque, Hyadēsque madentes,
Vergilie

Vergiliae placidae, canis inflammatus uterque:
 Et demum astrorum omnes ecce notisque vicésque,
 Et vobis sudique vdique minacia signa
 Collecta è rebus cunctis aperire vaderem,
 Ascræus sed enim pæstor, quique editus aruis
 Mantois, quique altus in antris fluminis Arni,
 Vnde patet longè Hetruscam despectus in urbem,
 Omnia liberiùs luserunt ante cicutis
 Disparibus, déque agrorum, vitisque frequenti
 Cultu, de augenda fætura ouiumque boiumque
 Mandauere suis morientes plura colonis.

Quanquam etiam nobis solitus memorare Palæmon
 Haud posse Andinis cultoribus omnia eorum
 (Specante occasum Andino) conducere iussa:
 Sed propter varios tractus cælique, polique
 Ascensum varium, solis variisque calores
 Certe agris nostris pauca inseruire colendis.
 Atque ideo ô utinam quisquam miseratus agrestes
 Vberius iam cuncta canat, simque ille meorum
 Primus, & ô utinam talis mibi gloria surgat
 Famam immortalem longos paritura per annos.
 Multa equidem celebrata olim pastoribus illis
 Florent, Penèisque rigans mollissima Tempe,
 Eurotas, Alpheusque, Arethusaque, Mincius, Arnus,
 Mænalus, Ida, Aemus, Parnassus, Olympus, & omnes
 Arcadiæ montes clari argutisque sacrisque
 Sylvis, Mantoa, atque Amphrisia pascua lœta,
 Et plerique lacus, fontes plerique liquentes,
 Pluraque præterea terrarum nomina fama

Nota vigent etiam nobis semp̄erque vigeunt: V. 1. 3. 3.
 Sed mihi si fātor Aonidum unquam munia ruris v. 2. 1. 2.
 Cantare annueret, quantumuis fistula stridat
 Incassum, ingratisque obtundat cantibus aures,
 Nulla meis tamen inde incognita versibus antra, v. 2. 1. 2.
 Nulla scatēbā fluentis aquæ, nullique virentes v. 2. 1. 2.
 Salticuli, paſsim in patria sine laude manerent.
 Et Frellinus fons lymphæ salientis abundans, v. 2. 1. 2.
 Musis dilectus, cithāræque canore celebris, v. 2. 1. 2.
 Saxosa & densis iuga Ferrefortia dumis,
 Et Closij colles stillantes nectare Bacchi,
 Et commixta prata Bagnesia, sed magis ampla
 Verria septa (capris ceruisque errantibus intus v. 2. 1. H.
 Auia lustra) meis decantarentur auenis.
 Haec Fauni, Panosque domus, Satyrique frequentes
 Vmbrosos inter lucos ibi carmina beta
 Exultim fundunt, sparsimque in vepribus hærent
 Moliti occulte insidias laqueosque sequaces
 Nobilibus prædiscrebū & coniuvia lanta
 Deliciis variis agrestibus (his ego risus, v. 2. 1. 2.
 Sæpe comes) peragunt mediis in sedibus ipsis, v. 2. 1. 2.
 Quas struxerē deis iampridem mole superba v. 2. 1. 2.
 Bellaij patres, virtutis honore verendi, v. 2. 1. 2.
 Religione deum sacri, alternique ferentes
 Baccatas ter centum annos in vertice mitras: v. 2. 1. 2.
 Anne sileremus Tōssam, Phrygiāmque Creusam? v. 2. 1. 2.
 Et Cerium, & Iuncos redimitam in fronte Vienam? v. 2. 1. 2.
 Altius ast Ligerim undosum caneremus ubique,
 Qui tumidum cornu exornat sibi frondeſaligna: v. 2. 1. 2.

Pastores Ligerim, Ligerim caua saxa referrent:

Agricole cannæ resonante deum deum in auras,

Etripiæ saltusque deus deus ille sonarent.

Sed iam pronus equis thalamos contingit Iberos

Phœbus, sermonesque etiam me luce labante

Deficiunt, quos illa dies brevioribus horis

Vidit melle magis dulces fluere ore Menalce:

Et fortasse alias reliqua enarrare licebit

Verba tibi, quæ fixa animo mihi semper inhærent.

O suavis senis ambrosiisque liquoribus vda

Tota oratio, siccine deterioribus annis

Agricolas tales diuina potentia nobis

Seruat: & o summi rara indulgentia patris!

O felix nimium sapienti etate Menalcas!

O fausta auditis vestræ sermonibus aures!

Quiam vellem ore tuo modo cætera dicta sequentem

Longænum audire? ec quando mea vota fonebis?

Sed quoniam differre placet surgentibus astris,

Quæ ducenda monent in septa armenta gregesque,

Expectate velim tantummodo crastina solis

Lumina, sic animum o Mopse inclinare precanti

Concede, aut mihi nequicquam parere recusa,

Dum spes dum mea longa sitis fortasse manebit,

Hisce tuis linguae recreata fluoribus almisi.

GERVASII SEPINI

SALMVREI AD HENRICVM
BELLAIUM ÆGLOGA TERTIA.

Tityrus, Mopsus.

TIT.



A M P R I D E M opperies um-
broſa hac Mopſe ſub ulmo
Langueo: & o qualis reris mihi
ſerior iſte
Aduentus tuus eſt: non luci gra-
tior umbra.
Longa viatori deſerta per auia
dudum.
Erranti, neque perſpicuo riuo
unda ſuſurrans

Suauior ardentes æſtus ſub ſole ferenti.

Perge age blanda ſedens mihi dicta referre Menalcæ.

Hic locus herbosus, dum turſum paſcere tempus

Eſſe ſatis poterit toti armento quæ gregique.

MOP. Non equidem facile à noſtris te Tityre verbiſ

Eſſe quieturum præſaga mente ſciebam.

Noſſe potes ſed enim quanto magis auribus ardens

Inſtabis ſenis ore meo exhauriſe loquelas,

Tanto etiam magis allaturaſ dulcia menti

Mella tua, quæcumque ferent ea dulcia mella.

Tu modò(ne quicquam libeat ſuſpendere hiantem)

Intende, & compone meis ſermonibus ora.

Eia enarremus quæ nobis pectora mulcens

Dulcibus

Dulcibus eloquiiis memorauit luce secunda.

Tûne meo aduentu sero intercepta Menalce
Verba, potes meminisse diei, expromere pergis?

Nondum: quandoquidem iam tertius orbe ruens sol

Te subito intrantem occidua prospexit ab unda,

Cum proprius metam accedens iam lingua senilis

Torperet, longumque loquendo voce labascens

Longaeus rerum finemque modumque teneret.

Tûque nimis fælix, citius si limen adisses,

Haustrurus simul Hyblæos auida aure liquores

Qui senis exundanti è pectore distillabant.

Audite ô dulces nati (inquit) & omnia vestris

Dicta mihi & dicenda recondite sensibus imis.

Non vobis gazas varias orientis & aurum

Pactoli commendo, neque aures imbuo honorum

Mobilium flagrante siti, stupefactæ frontis

Lumina purpureis fucis Tyrioque rubore

Perstringo: hæc preciosa solent contingere raris,

Atque frumentum animum curis mordacibus urunt:

Ast vobis ea sors, ea vita sequenda docetur

Me duce, quæ primùm nullis obnoxia culpis

Pura manet sine labe, sui secura tenoris,

Præcipites regum excelsø de culmine casus

Irridet, naturam oculis miratur apertis,

Culta animum relevat, facilisque paratur egenis,

Saltem est læta magis, magis ipsa salubris, & urbes

Cum mors vibrato circumfremtit horrida telo,

Nigro obducta peplo & morborum septa cateruis

Flatibus impuris vitales aëris auras

TIT.

MOP.

Inficit: ater odor fluit, & cæli nebulosi
 Corruptum tractum haud illuminat amplius alma
 Luce sua Titan: stupet omnis stella benigna:
 Funeribusque nouis iuuenumque senumque premuntur
 Funera, carpit edax confusa cadavera tellus:
 Et miseri ciues haud ante laboribus ullis
 Corporeis assuefacti, pigraque quiete
 Concretisque malis iam pridem humoribus intus
 Torpentes nequeunt instantem euadere pestem.
 Ecquid habent huius clavis florentia rura?
Quo magis ad seruandam animam omni à parte globatim
 Confluitur: quid habent formidinis à lue tanta
 Agrestes? qui membra obdurant libera morbis
 Vitali sudore, haustoque labore torosum
 Corpus languere haud patiuntur: (ni male quo sdam
 Vrbis amatores etiam contagia laedunt)
 Robur natuum aſſiduis conatibus urgunt,
 Exercētque suum ſic partiti uſque laborem,
 Ut nulla omnino torpente remiſſa veterno
 Pars anni vacet: aut impresso vomere tractus
 Sulcorum infindunt agro, aut campi æquor inertis
 Stercore digesto saturum recreantque fouentque,
 Ut iam luxurians cumulo ubere messis abundet.
 Aut longi anni ſpem credunt ſua ſemina terræ,
 Frumenta, & milium, & ſegerem, uilemque fasellum,
 Ordeaque, & lentem, effetaſque frequenter auenas,
 Et viciam, & vetitum à Samio ſapiente legumen:
Quæ variis vicibus ſata lente exurgere in auras
 Incipiunt alternatim radicibus actis:
Non nullisque

Nonnullisque leues virgas ramosaq; subtus
 Desigunt virgulta, quibus nitantur in altum:
 Et quoniam arte Iouis tribuli lappaeque sequaces
 Culta etiam tellure erumpunt, falce minuta
 Vrentem è sulcis syluam omnem rusticus aufert:
 Immittitque aruis pecudes, teneraque capellas
 Cum primùm in liris excrescens herba virescit,
 Quæ dente erranti exuperantia semina pascant,
 Ne fors densa seges nimiis procumbat aristis:
 Atque ubi iam strident rimos a per arua cicadæ,
 Ardescens solisque canisque caloribus æstas
 Coxit flauentes culmos & turgida grana,
 Protinus undantem messem legit, inque maniplos
 Congestam varios sub tecta angusta reportat:
 Post paulum crebris gemit ictibus area munda
 Sordibus, & plena instratis multo ordine culmis,
 Dum terit explicitas & inanes reddit aristas,
 Et segetem excussam cumulum coaceruat in unum
 Agrestis, quem puluereis à fæcibus ampla
 Vanno euentilet, aeriisque emundet in auris.
 Inter eos tantos animo durante labores
 Percessos, quod robur iners mollesceret: aut quæ
 Corporeæ vires morbis urgentibus haustæ
 Languerent: sed eis nondum modus: ipse colonus
 Plura statu vice præterea pertura laborat.

Nunc scrobibus foësis deponit ab arbore stirpes
 Decisos, pinguique fouens uligine terræ,
 Post paulum stupet in viridem frondescere syluam.
 Nunc oculum germénque alienum cortice molli.

Ferri acie leuiter findente parumper hianti
 Concludit, linique tenacia vincula circum
 Perducens, aliis insertim hærere medullis,
 Imbutumque alio succo concrescere cogit,
 Luxuriem tamorum effusam falcis aduncæ
 Dente metit, penitusque recidit vere tepenti
 Erucas teneram frondem urenti ore vorantes.
 Valloque obfirmat virgulta infirma ferendis
 Fructibus innumeris: quos sensim à lampade cæli
 Secum admiratus beneolente rubidine pingi,
 Autumni demum uertatem sentit, & omni
 Pomo effulgenti textas graphica arte corollas
 Donantis legit ipsius de vertice honesto.
 Haud iam indignatur spoliata incedere fronte
 Autumnus, nullisque ornari tempora fertis:
 Sed bonus agricolæ sua reddere præmia gestit,
 Sicque per agrestes operas trahere usque volentem.
 Hisce laboribus incolmis, longumque iuuentæ
 Flore virente micans, iucunda ad munia Bacchi
 Vitisque uiiferæ culturam accedit agrestis.
 Et primùm attendet ramos hinc inde fluentes,
 Bis geminos oculos gemmasque in stirpe relinquens:
 Et vacuum replet spatium propagine multa
 Perducta, & proprius cogit radicibus actis
 Maiorem ex sese foliorum emittere syluam:
 Torpentisque pedes hyberno frigore sensim
 Concedente leuat circum tellure reuersa:
 Tum virgas adhibet religatas vimine torto,
 Quæsis prensis crebra innitens clanicula serpit,

Auxilioque

Auxiliōque suo dat viti assurgere in auras:
 Atque iterum rastris terram rimatur, humūmque
 Versat inexpletum, ne succrescentibus herbis
 Ad iubar aestuum obducatur pampinus umbra,
 Purpureūmque noua haud superinduat vua colorem.
 Et iam prela parat, iam dolia inania circum
 Refficit agricola, et calathos corbēsque reponit:
 Protinus inducto in vites messore frequentii
 Purpureas flauāsque liquefcentesque Matino
 Rore vuas passim populatur in ordine longo,
 Linquitque orba suis vineta aprica racemis.
 Quos alij exportant in torcularia, iamque
 Calcantur pedibus, iam praelo urgente premuntur,
 Iam noua musta fluunt plenis stillantia riuis,
 Iam largis immissa cadis cellaria complent,
 Excrementa aestus fundo despummat ab imo,
 Vinosūmque undantem exhalat in æra fumum,
 Tum pateram viridante hedera circuminduit oras
 Rusticus, atque merum libans sibi digna laborum
 Præmia persolui socios conclamat ouantes.

Quid iam præterea? exercetur viribus ipse
 Circum pratorum æquora: vel pinguedine terræ
 Immundisque fimiis oblimat inertialatè,
 Vel fontis tenues riuos deducit ab alto
 Colle, herbāsque nouas latis passim irrigat undis,
 Vel longo tractu surgentia gramina talpas
 Vastantes cæco non uno intercipit astu,
 Vel iam maturos marcescentesque calore
 Phœbæ flores tondet, pecoriique reposa

In brumam sterilem alicis tectis fœna recondit.

An mihi fas memorare etiam, quibus insuper actis
 Assiduisque operis agrestibus ardua membra
 Vrgeat: in columésque exerceat impiger artus:
 Et laurum baccis, & frondibus exuit ulmum,
 Et fagi & quercus excussa, grandinis instar,
 Glande sues pascit, mage verò armenta gregésque
 Intentis penitus studiis ante omnia curat.

Quos pastum quoniam è stabulis compellitis ipsi
 Pastores, memorique animo, quis cultus alendis
 Hisce impendatur, cognoscitis, ilicet omni
 Hoc sermone supersedeo: quanquam arcta colonus
 Tecta ouium, vitesque nouas, viridantiaque arua
 Sepe intertexta è spinis & sentibus aspris
 Concludit circum, veritus furumque luporumque
 Insidias audiique frumentos oris hiatus.
 Cùmque tot & tantis sine fine laboribus artus
 Induret, Phœbi in medio torrente calore
 Partem horum tolerat, mediisque in luminis horis:
 Partem etiam algenti in glacie, atque Aquilonis iniqui
 Frigoribus mediis (cùm longè Arctœa relinquens
 Plaustra, calescentes iam sol delapsus ad Austros)
 Insmit, curatque omnino assuescere duris.

Iam mihi quis largum sudorem adducat auari:
 Mercatoris? & edomitas sape æquoris undas
 Arte laborantis dextræ (dum fortiter hærens
 In rabie Austrorum puppis moderatur habenas)
 Edoceat? neque enim illa plaga est imperuia nautis,
 Longéque errantes multis agitantur in alto

Cladibus.

Cladibus, à Thule ad Gangetica flumina currunt,
 Nec scopuli super insurgentes aëris oras,
 Nec Tritonia monstra feris horrentia formis
 Ferratas mentes & ahenea pectora terrent.
 Exhaustæque viæ precium sibi mercis Eoę
 Exportant preciosā onera, electōsque smaragdos,
 Stringentēsque oculos radiantif fulgure gemmas,
 Thurea dona, pipérque, & amomum, & cinnamā complent
 Nauibus, adque suos fines sua vela retorquent.
 Sed pelagi tumido absorbentur səpius aëstu,
 Elisāmque animam in mediis ultricibus vndis
 Səpius efflantes, Parcarum lege seuera
 Supplicia expendunt, qui sulcos pupe nefanda
 Imprimere Oceano, vetitōsque ascendere fines
 Sint ausi, & dubiū turbantes fædera mundi
 Miscuerint terrāmque salo, Plutonāque Nereo.
Quòd si forte intrent portus fælicibus Euris,
 Incolumēmque ratem secreto numine diuūm
 Seruent, tum varias de promunt littore gazas:
 Quas iuuat externas auida cum plebe pacisci,
 Non sine fallaci impostura, non sine multa
 Fraude: iuuat nimio precio venundare viles,
 „ Omninōque doli merces quascūnque sequuntur.
 Non ita quotidiē ô nati exercere labores
 Rure suos patiatur opum contemptor agrestis.
 Securi exurgunt tellure, & liberi ab astus
 Insidiis: ipsique magis dicentur honesti
Quàm pictura, magis quàm vel sculptura, vel artes
 Plebeiae, cùm prima loco & dignissima earum

Pascat inhérentes oculos duntaxat inani
 Obitutu: quād diræ etiam irrequieta pericla
 Militiae, & linguae venalis iurgia longa:
Quae firmo laterum pulsu iaculata per auras,
 Vique sua intenti stringentia iudicis aures,
 Turpis lucrì animum cupidum dulcedine pascunt.
 Non ita, communisque ideo consensus auorum
 Agri-culturam cuius generique modoque
 Vitæ præposuit, rurisque beauit honores.

Hac est nocte dieque patens operosa palestra,
 In qua temperiem sibi corporis optimè habentis
 (Non veluti Atlethæ) acquirit seruatque colonus.
Quāmque etiam exercere urget, quo plura suorum
 Corpora natorum melius paruosque penates
 Ipse volens facili victu usque educere possit.
 Nam tellus effeta suas in viscera uires,
 Vimq; omnem rapuit genitalem, irata tot herbas
 Atque venenatas atque omni fruge carentes
 Florere in sece & cunctis dominarier aruis:
Quam lenit pius agrestis, cultuque sub oras
 Elicit, incumbitque (fruens demum ubere glebae)
 Fertilis allicere ipsius de corpore vires.
 Nec solùm inde domum natosque fouere tenellos,
 Sed pariter genus omne homines pauisse laborat.
Quandoquidem quis sensu rurue domiuue
 Ciuis abundabit, titulisque superbus honorum
Quamlibet immani rex ambitione tumebit,
 Pendet ab agricola: volucresque, feræque, gregesque,
Quin & equorum armenta, boumque armenta labore

Agresti

*Agresti viuunt. qualis largum agmen aquarum
 Hammonis fons in Lybiae sitientis arenis
 Exundat: cuncti unde eporis haustibus amplis
 Affatim inexplete sitis alma leuamina querunt.
 Omnes ad scatebras lymphæ salientis inundant,
 Gutturaque, & fauces, & hiantes pectoris aestus
 Frigidulis explentque rigantque fluentibus undis:
 Ipse unus satis est properantibus undique turmis,
 Haudq; arescit aquis unquam, haud fluere abstinet alueis.*

*Pasim etiam plerasque iuuat nanciscier artes
 Omnino humanae vitæ non ullæ ferentes
 Commoda (quæ nocuæ, si leo, ad luxumque repertæ
 Molliculae effundunt grata oblectamina carni,
 Et magis à nobis genio indulgentे coluntur)
Queis sine iactura sine damno vitæ careret:
Queis sine læta etiam facile omnis degeret ætas:
 Nam simplex natura nitet, variisque laborum
 Haud multum utilium fucis inimica repugnat.
 Sed quicunque audax agrorum tollere cultum
 Intentare velit, dulcis radiantia solis
 Lumina tollat ab orbe prius lugente necesse est:
 Et planè absument vitales aëris auras
 Antiquum reuocet vacuum per inania mundi.
 Non flammis siquidem, non dulcibus utimur undis,
 Non somno, tectove magis, quorum indiget usus:
 Nullaque maiores fructus cumulare potis res,
 Non aurum, argentumque ingens, non sydera cœli.
Quod si laudatur qui dux armatus, & omni
 Robore florentis regni stipatus, aperto*

Congressus campo, parua cum strage suorum
Liquerit ingentes aduersæ partis aceruos,
Contrâque obnixos penitus deleuerit hostes:
Victor ouans redit aureus, antiquique triumphi
Præfert speciem: sed enim si prætor in ampla
Urbe suum melius regimen ciuile tuetur:
Si bona cuique ascribens litem intersecat omnem
Maturus dona aspernantis iudicis usus,
Iure quidem in cælum famæ pernice volatu
Surget, et ad nostrós veniet cum laude nepotes:
Quid non ô nati dulces magis ipse colonus
Agrestis uigeat? claroque insignis honore
Cantetur cunctis hisce efflorere superstes?
Qui sine sanguineis effusis amnibus (atqui
Cum largo sudore) sua hanc defendere curat
Iura et opes homini, sed dulcem in corpore vitam,
Dulcem animam, dulces usque in pulmonibus auras
Solus alit, solus fouet intra lumina frontis
Dulces vitalis Phœbæ et lampados ignes.
Huic vos huic decuit frontem redimire coronis
E lauro et quercu ô vates, huic carmina laudis
Eximiae plena et sacros modularier hymnos:
Seu magis argutas libeat percurrere chordas
Pectinis arte Lyræ, siue altam efflantia vocem
Viscera spiritibus sinuosa implere tubarum,
Et longe resonare caua Tritonide concha.
Namque Musa solet stimulos sub pectore vobis
Vertere Apollineos, atque inspirare furorem
Diuinum, solos etiam virtutis alumnos.

(Quales)

(Quales ij) meritos mandat celebrare canentes:
 " Non vili numero non auri diuite summa,
 " Non fumis aulae celestia vendere dona.
 Fama quidem estrata vota olim donasse Liæum
 Paucis stirpe Anij longæni in lege iugali
 Cretis virginibus, contactu ut vertere possent
 Omnia triticeam in messem, preciosaue musta,
 Palladiamue oleam (non tam fælia cœsit
 Dona Midæ) diuésque diu fuit usus in illis.
 Ut ne autem magis atque magis miremur, & ipsum
 Agricolam dignum laude inferiore putemus,
 Indulserit dei cunctis & ubique colonis,
 Idque etiam iurata palus Cocitia sanxit,
 Ut quocunque manus cultrices (tanta latet vis)
 Admouisse velint, scateant frumenta, racemique
 Arboribusque suis fructus pulchro ordine inundent.
 Siue incultus iners campus tribulisque rubisque
 Horreat, aut labrusca fluentibus undique ramis
 Luxurians succi nullius abortiat uis,
 Seu tenues viridesque arbos arescere fætus
 Planè effæta sinat, poma aut oblita prioris
 Naturæ induerint alios sylvestria succos,
 Cum primùm hirsutum impresso sulcabit aratro
 AE. quor, & effusas vitis circummetet umbras
 Agricola, atque ipsos cultu exercere frequenti
 Degeneres, sterilesque volet decidere truncos,
 Protinus ubertas longè effusissima frugum
 Inde sua in specie exundabit: cæcus uti fons
 Qui torpebat aquis, si iam effodiatur in aliueum,

Mox replet cana saxa, nouisque supernat at oris.
 O quantum Dælos (Dælon ditione tenebat
 Rex Anius) vatesque idem Phœbique sacerdos
 Graciaque obstu puit tales venerata puellas?
Quidni ergo agrestes æquè admirantur, & ipsi
 Saltem æquale decus persoluant vocibus omnes?
Quidni hōscē emeritos malint cantare poētae,
Quos placidi insequitur tanta indulgentia cœli?
 Certè equidem (sic vera effari inspirat Apollo)
 Cuncti auidis animis hortari laudis amore,
 Omnibus in rebus studiis munire fauoris,
 Manè preces, lectamque bidentem offerre tonanti,
 Ut velit incolumes variis arcere periclis,
Quin etiam & reges, Atrida exempla sequuti,
 Deberent accire sibi atque adiungere agrestes.

Verūm operis satis aſiduis exercita membra,
 Paulatimque ruens in Iberas Hesperus undas
 Agricolam admonet in villam concedere tempus:
 Iam tum frugales mensas, tenuisque Liæi
 Et lymphæ liquidæ pariter duo pocula ponit:
 Deliciis que fruens agrestibus illicet unā
 Cum natis puerisque cibos decerpere cœpit.
 Hoc unum veteri aurata de gente relictum,
 (Heu mores sacril! heu melior pastoribus ætas!)
 In primis seruans, commune sedile prementes,
 Communes epulas, communem haurire liquorem.
 Hic florentis opes horti, variūmque legumen
 Decoctum vice multiplici ſpumante in aheno
 Cum frusto ſale conditi suis, aut bouis extis,

Hic

Hic dulces fructus, quos nobilis educat arbos
 Quæque, apponuntur: diuersaque copia lactis
 Concreti & liquidi sorbetur lancibus ampliis:
 Præcipueque sacræ Cereris flauentia dona
 Igne laborata intersunt, & ab omnibus omnes
 Ante escas prima insumuntur: sic dea nostris
 Pro glande excussa celebrari debet in aris.
 Utque cibi veniant meliores pectori hianti,
 Læta caterua mouet risusque leuésque cachinnos:
 Exultant nati, quibus arrisere parentes.
 Vnusque è pueris custos gregis ordine pandet,
 Qui pascens hircus salicis virgulta nouella,
 Cornua dum crebris interserit obuia ramis,
 Cornibus intextis utrinq; pependerit hærens:
 Nec fuerit potis vallis viribus inde retentum
 Abstraxisse caput, sed virgarum undique sylua
 Cæsa captiuum tandem excessisse catenis.
 Exultant nati, quibus arrisere parentes.
 Assumptoque alius sermone, referre Myconis
 Lactea dona volet, qui dum primo ordine libans
 Imposita in gremio socios libare rogarit,
 Hei mihi sublato paulum pede protinus omnis
 Humor diffusus madefecit humumque sinumque
 Vestesque ipsius frustra sua damna gementis.
 Exultant nati, quibus arrisere parentes:
 Totaque turba hilaris puerum lusere gementem.
 Sed paulum sine me ad Touiae procedere ripam
 Tityre, quo fluit è saxosis collibus istis
 Riuus, & hac patula cuncteris in arboris umbra,

Dum liquidū saliente (audir' leue murmur aquarum?)
Humore extinctaque siti, linguaque refecta,
Actutum melior sermone fluente reuortor.

TIT.

Mopse equidem nimius feruet calidi aëris astus
Ut possit durare diu immutabile cælum:
Ventus ut Arctoaspirat parcissimus ora,
Et venis sudor breuis emanare repente
Incipit. hæc tantum ramis & frondibus ulmus
Densior auxilio est: tutosque à lumine solis
Ardentis defendit: eam neque enim ore micanti
Eualuit penetrare, & deinceps lapsus ab alto
Orbe suo multum minuit minuētque caloris.
Vade age sicca rīga ora algentis riuuli in vnda,
Protinus & redeas: ego circunfusa sub umbram
Vicinam interea compellam armenta gregesque,
Ne quicquam possint augere afflatibus ignes
Æstiuos nobis, donec venit aptior hora
Ascendi, campoque patenti errare iubebo
Longius, & ventrem saturare virentibus herbis,
Ut melius vacuas reparent lacte ubere mammas.

GERVASII SEPINI

SALMVREI AD HENRICVM

BELLAIVM ÆGLOGA QVARTA.

Tityrus, Mopsus.



AV D longum, dum Mopse si-
 timque æstumque leuare
 Acceleras, (iamiam rediens) in
 fonte moraris:
 Sictibi sic fiat pro dulci necta-
 ris haustu
 Hæc aqua: sic Naïs viuat, Sa-
 tyrosque procaces
 Vitet, cuius alit distillans urna
 scatentes
 Venas, unde fluit riuus per lœuia saxa
 Rauca sonans, quo pleniùs ora manuſque rigasti.
 Gramineum, viden? ut redeunti è ſuaibis herbis
 Struximus arte torum (postquam mox omne coactum est
 Inde pecus) quo longæui ordine dicta recensens
 Grata mihi, paulùm iam fessus molle federes?
 Mollitie nihil iſta opus, ut ſenis enarremus
 Cetera verba. tuus tantummodo Tityre pendens
 Nostro ex ore animus penitus calcaribus urget,
 Ut melior lingua & facilis sermone Menalcam
 Sponte ſequar, qui continuo eſt tali ore loquitus.
 Sic ſimul illi epulas (inquit) gulfare ſalubres,
 Quas ſolet una fames condire, placentque palato

MOP.

Supra delicias raras terræ quemarísque,
 Externas & aues magno s̄epe ære redemptas,
 Et conuiuia regisico splendentia luxu.
 Nec magis agrestis baccisque auroque polita
 In patera musta e potat preciosa Falerni:
 Non Rhodia, aut quæ Lesbos alit, quæque insula nati
 Clara Iouis cunis nostras sinit aduehi in oras:
 (Id faciunt quibus est epulas variare decorum,
 Et crebro ventrem illicere irritamine obesum)
 Sed tantum exhaustit vitreo in cratere liquorem
 Andinum, exilemq; s̄itim restinguat Iacho
 Natiuo, ast solida sustentat pocula dextra,
 Nec metuit confusa malis aconita venenis,
 Aut strictum capiti impendentem respicit ensem:
Quem male fæliccs in tota sorte tyranni
 Formidant. quid vos nobis conferre iuuabit?
Quamuis in Tyrio fucata murice palli
 Exornent nitidos artus, & fronte superba
 Impositum irradiet diadema, micansque tiaras,
 Regalesque manus onerent rutilantia sceptra,
 Nulla tamen vobis tollendi oblata potestas
 Lapsuram, heu miseri, confessim in tempora rupem.
Quæ super exiguo firmamine tenuiter hærens,
 Pone sequens quocumque pedes efferre libebit,
 Haut multum absimilis casuæ, funditus auream
 Ceruicem subita perfringet & ossa ruina.
 Vosque in eo terrorum æstu videt actus in orbem
 Phœbus, siue ortus rubefacto lumine pingit,
 Et media ascendens conuexa caloribus ardet,

Seu serò Oceano fessas deflectit habenas,
 Et mundi tenebras accendere luce sorori
 Concedit. nullæ arrident ante ora paratæ
 Mæsta dapes etiam geniales: nulla saporum
 Vis acuisse famen valeat, vinumque suave
 Creditis (omnino nec vos sententia fallit
 Sæpius) in gemmante scipho liquidum esse venenum:
 Et nunquam grauior prostrauit nausea Phineum
 Tractantem infectasque epulas pollutaque vina
 Crebro contactu fædante supérque volatu
 „ Dirarum volucrum (tantum offendisse tonantem
 „ Flagitiis nocet, & pœnas arcescere diuūm)
 Quanta interueniunt vobis fastidia mensæ
 Diuitis, & vestro quondam ille inscribitur albo.
 O miseri, nec enim talis mihi gloria surgat
 Regnorum, aut trabeæ preciosæ insignia cingant
 Membra, sed in patula fago, Samiaue Liæum
 Delibem Andinum testa non usque capaci
 „ Feralis succi ullius. Natura beatis
 „ Solis esse dedit, qui norint degere cultu
 „ Simplice, & exiguo contenti viuere aceruo.
 Num vobis? ast ista satis memorare iuuabit.

Post sumptas epulas paulum iunat aëris auris
 Indulgentem ouiumque boumqne inuisere septa
 Agrestem, ut sciat an numerus respondeat omnis:
 Seu fortasse aliquis deerrans agnusue caperue
 Auia nunc solus balatibus implete arua,
 Mittat & inuentum qui mox ceruice reportet:
 Seu grex compulsus totum completit ouile,

*Vt firma obiecto præmuniat obice claustra,
Tutatus pecora hanc ullis sibi prouida curis.*

*Iam verò stellæ (Phæbæa lampade clausa)
Maiores cælo, iam nox amplexa supinas
Terras & maria & cælum nigrantibus alis
Somno indulgendum lectoque accumbere suadent.
Confestim agricola exiuit, defessaque membra
Accipiunt illico instrata cubilia mundo:
(Nam tacitus modò prætereo, qui sæpe sub alma
Arboris & patulæ & benevolentis dormiat umbra,
Dum tepidis Titan spargit sua lumina terris)
Irrepensque oculis taciti mellita soporis
Dulcedo, paulatim artus mulcere iacentes
Incipit, in tectis tranquilla silentia sidunt:
Olli grata quies proflata è pectore anhelo
Corporis exhaustas vires reficitque, fouetque,
Instauratque nouo exercendo manè labori:
Circum tecta fremunt zephirorum sibila amæna,
Incumbuntque suis somnum integrare susurris.
Tum sæpe à diuis præsenti voce docetur
Agrestis, raptusque animum in penetralia cæli
Exultim videt ætherias volitare figuræ,
Et tenues vitæ læto proludere cætu:
Hic planè afflatur præsaga numinis aura,
Consiliūque deum puris ita sensibus haurit,
Vt vigilans memoret, nobisque futura minetur
Sæpe mala, aut meliora canat succedere fata.
Pastor uti Branchus stimulatus Apollinis œstro,
Eiusdémque etiam magno dilectus amore*

Prædictum ventura olim, lucōque residens
 Effudit cunctis oracula vera colonis.
 Quin puerum memini quondam è pastore fuisse
 Assumptum in regem, qui coram edocitus ab ipso
 Numine, sub sacris fidibus testudinis aureæ
 Mira suos cecinit portenta manere nepotes.
 » Sed rara (heu vicia impediunt) cælestia dona,
 » Rarior & Phœbi siquidem diuinior usus:
 Ast saltē omnibus agricolis sub nocte silenti
 Dulces conceptus & lœta insomnia mentem
 Sopitam recreant: iuuat in viridantia prata
 Et colles vario vestitos gramine sæpe
 Cogere oues, tenerosque iugo sociare iuuencos.
 Sæpe iuuat pingue vicinum impensis hortum
 Excolere, & clausum circum depingere flore
 Multicolore sato herbarūque viroribus almis.
 Sæpe etiam placet excudendo incumbere aratro,
 Et plaustro, & rastris sulcandis tenuiter artuis.
 Tantum oculis animi placidi obuersatus eorum
 Gestit imaginibus lœtis colludere Morpheus!
 Non ullis mens quassa tremit terroribus intus,
 Nem rumpat tenues aditus populator in armis.
 Nam quid in exigua contecta carice vili
 Pauperiore domo: in qua magni pondera nulla
 Auri occultantur. non curæ mentis edaces
 Somnum agitant: quæ viuendi genus omne prementes
 Inficiunt vitæ melioris dulcia mella
 Pestiferis succis: sempérque immobile fidunt
 A tergo omni homini, vel equo perniciose secutæ,

Vel celeri rate velorūmque volantibus alis,
 Siue ille ardantis Lybiæ deserta pererrans
 Getulos, Numidásque petat, Garamantas, & Indos,
 Et Parthos, & Sauromatas, Thracásque, Getásque:
 Seu magis antra angusta cauernarūmque recessus
 Solus inire velit, latebras pariterque sequaces
 Illæ ineunt, lecto iaceat, lectoque iacebunt,
 Et saepe ipsum hominem non plane in morte relinquunt.
 Plebeiam vero sortem quamcumque prementes
 Hę veniunt etiam, plebeia in sorte minores.
 Ast summæ omnino incumbunt crudelius altos
 Diuexare animos procerum, ne que raptæ Notorum
 Turbinibus tantis feruent freta cæca procellis,
 Et Coro spirante quiescit mitior unda.
Quæ simili liquefacta coquens fornacibus amplis
 Sulphura, quæ paribus tot fluctuat æstibus AEthna?
 O si prodirent in lucem pectora eorum,
Quam varios in eis voluit fortuna tumultus!
Qi quamvis habeant thalamos fulgore micantes
 Gemmarum, Tyrioque instratos molliter ostro,
 Non tamen hos sequitur famulo concessus egeno,
 Seruorūmque oculos, turbámque secutus inertem
 Somnus: ab insidiis metuit, qui scilicet olim
 Ferri acie oppressus crudeli morte iaceret
 Cum tot principibus, quorum maduere cruento
 Stricti enses, nisi fugisset deus alite planta
 Immortalis: ita auratis declinat ab aulis.
 Desertique ab eo sine dulci melle soporis,
 Non secus atque ornis robusta in colle patent

Impulsa

*Impulsa aduersis violentibus undique ventis
Concutitur late, sic summis fluctibus intus
Curarum urgentur corda irrequia potentum:*

*Hac plena o dulces pueri & sincera voluptas,
Quam pariunt regni trabea imperique tiare:
Quamq; magis debere animum exaturare putabam
Stultus ego: & lapidum aurique effulgente nitore
Inductus volui amplecti iuuenilibus annis:
Postquam, eheu, citius (modò cerno) Palæmona linquens,
Deflua ab ore senis breuiori tempore mella
Haussem: qui plura mihi enarrare solebat
Quæ dixi: proque exundanti cælitus hausta
Noticia rerum socios ipsumque docebat
Me, quis motus agat feralem crine cometem,
Vnde poli nunquam mergantur in æquoris undis,
Quid Phœbe Phœbo velocior, humida fontis
Quæ sit origo, mari unde superfluat usus amaror.
Quid plura? aula strepitum regesque secutus,
(Tum mihi prima oriens lanugo pinxerat ora)
Indulsi unius procerum seruire modestis
Imperiis, tantum ut melius luxumque valerem
Contemplari, omnésque domus regalis honores,
Et studia, & mores, & opes, & fercula pompe:
Ast ego per spacium breue temporis aspera tanta
Expertus, tantosque ingrata mente labores,
Tot fluctus animi, tempestatumq; procellas
Internas in eis qui regia tecta sequuntur
Cognoui, ut si omnes vobis deducere vellem,
Ante uelim numerare ignes stellantis Olympi,*

Quásque alcum pelagus voluit sub gurgite arenas:
 Aut ubi Vere nouo flores de cortice manant,
 Dicere quot vireant omni super arbore frondes.

Et primum ingentem: At nos fæmina cogit agrestis
 Sermonem ad proprios etiam reuocare labores.
Qua duri ingrediens vestigia trita mariti,
 Cristatarum auium erumpentes nuper ab ovo
 Implumes fœtus calida sub matre reponens,
 Post paulum molli decocto semine pascit:
 Curamque anseribus teneris impendit eandem.
 Tecta columborum vix dum squalentia paucis
 Sordibus emundat, quos ipso in limine saepe
 Ora manusque superstantes denso agmine granis
 Diuersis cibat, acris hyems dum regnat in aruis.
 Solers cuncta domi locat ordine, curat ut omnis
 Parua licet niteat fuligine munda supplex.
 Saepè quidem exprimitur fiscella caseus illi,
 Et lactis pinguedo, et firma coagula plenis
 Vrnis fusa seri in solius flumine puro:
 Vrbem adit aestiuis horis Phœbōque labante,
 Ciuibus exiguo precio venundat et aeris
 Inde refert species multas, teclōque recondit.
 Saepè olus igne coquit, matutinōque labore
 Defesso paulum festinat in arua marito:
 Solis ubi lento cursus eludere paruis
 Interea sumptis epulis iuuat ad tremulum auræ
 Flamen, in herba alta florentis in arboris umbris.
Quin Cereri intritæ in gremio feruente molarum
 Stillatim infundens tepidam, nudisque lacertis

(Vis)

(*V*is quanta est) Cerealem inuersans undique massam,
Tandem educta focis calefactis liba perassat.
Quin etiam suscep*t*o operi addit sedula partem
Noctis, & ad lychnum ardentem sub pollice tractat
Pensa, quibus valeat texendo excudere telam.
Mane autem magis atque magis componere mores
Flexilium natorum, & cerea pectora curat.
Illa sedens mollem mentem imbuit omnibus almis
Præceptis, monitisque, & religione deorum:
Intusque exhausto dulci sermone parentis,
Non secus atque recens ursinus fœtus (ab antro
Quem raptum cicurare agrestis debeat olim)
Nondum ursus, lingua matris mulcentis & ore
Aſiduo lambente effingitur, ursaque tandem
Leta mari similem miratur ad ubera volui:
Sic illi sensim efformantur dulce loquelis
Maternis, patremque secuti passibus æquis
Cælestem frugum authorem prece semper adorant.

Cum vero festusque dies atque ocia læta
Rure interueniunt, comitante uxore sub ædem
Sacratam ipse suos genitor deducit alumnos,
Inuitans teneram sobolem ad libamina diuūm.
Sertisque ornatis incumbens cernuus aris
Longa ex puro animo nunc fundit ad æthera vota,
Nunc contemplatus summi admiranda parentis
Facta haurit pleno diuinam in pectore lucem:
Tum grege pro toto lustralibus hostia flammis
Aut agnus tener aut vitulus mactatur: (& omnes
Primitias pingues magis usque altaribus offert)

Fumidus ad superos vapor euolat, almáque rursum
 Numinā deuota venerati mente recedunt.
 Hæc pietas, hæc sacra fides, natísque relicta
 Exempla, ut teneant venienti ætate nepotes:
 Queis uita indulgens studiis reclique probique
 Respondet, seruansque suum incorrupta tenorem.
 Vnde oritur diuis ut simus maxima cura:
 Sicque amplectantur nos, ut fulgentis Olympi
 Syderaque, & ventos, & terram, & flumina, & ignes
 Inclinare suum videamus sponte fauorem
 Nobis: tantum omnis sceleris secura potest mens!
 Non ita contemptor superum & pollutus ab omni
 Culpa, quem metus acer agit vel tut a vereri
 Omnia, seu strepitum moueat quassa arbor inanem,
 Seu late incidat Austrorum violentia maior,
 Sive tremat paulum telluris plenior alius:
 Precipueque magis glomeratis nubibus atris
 Cum Phœbus tenebras & fulgura iniqua minatur.
 Haud potis includi ex crescens calor intus anhelat,
 Igne micat crebro æther fissis undique rimis,
 Cum iam porta tonat Iouis, atque tonitrua rumpunt
 Desuper, & totum percurrunt murmura cælum.
 Ecce imbres subito funduntur ab aëris oris
 In terras, magnique pluunt de nubibus amnes:
 Regnatique deum dextra librante trisulca
 Fulmina præcipitat, vibransque incendia ab alto
 Aut laceram quercum, aut prostrata palatia turbat.
 Mox stupet, in latebras fugit, in uia querit, & ardet
 Sub terris fodisse latrem, lucique negari

Impius,

Impius, hæc animum sceleratum dira premit vis,
 Ultricèisque deæ armatæ serpentibus atris.
 Ast licet obscura includat sibi tecta cauerna,
 Quoque latet cæco vates Trophonius antro,
 Ipse pater superum (et si humani sæpe cruoris
 Parcus in Ismarias consumit tela pruinæ)
 Non tamen occultum ignorans scrutabitur acri
 Rimatus face, transfixumque retrudet iniquum
 Ad styga spirantem hærentes sub pectore flamas.
 Hos ignes, atque has contortas lampadas æquo
 Ab Ioue non unquam metuit stupefactus agrestis:
 Quem sua defendit probitas, sique ipsa repente
 Machina corrueret diuersis fracta ruinis,
 Hætamen omnino securum mente ferirent
 Agricolam: talis fiducia numinis illi est.

Talis erat quondam residens in monte Lyceo,
 Ante etiam aduentum Saturni à vertice Olympi,
 Gens Tegeæa, prior luna & radiantibus astris.
 (Vnde tot exorti pastores Arcades olim
 Nunc etiam externis longè celebrantur in oris)
 Quæ nata arboreis ramis & robore trunci,
 Quales Atticæ apes, dum sensim alueatis arctis
 Mella sua excudunt certatim floribus aureis
 Decerpit, paruos fætus ex floribus iisdem
 Ore legunt nulla venere atque cupidine natos:
 Sic illi primis cum frondibus editi in auras
 Reptabant primum manibus sine more sine usu:
 Post ubi firmauit vires maturior ætas,
 Indulgere bonis ruris cæpere sequaci

Natiuo genio: ac tantus fuit ardor honesti
 Ut nulli planè socium violare liceret:
 Mansuetique ideo parebant sponte leones.
 Ludebat lupus inter oves, gelidæque cicutæ
 Herba, latensque suis innoxia vipera in antris
 Non in se causam læthi præsentis alebant.
 Nullus adhuc Polyphemus erat, turbæque deorum
 Nondum ausi bellum crudele inferre Gigantes.
 Omnia fæta sinu effundebat terra, iubente
 Natura, quam quisque sibi dominamque ducemque
 Optabat, felixque ideo, spumantibus alueis
 Lacæ fruebatur, ripaque virente recumbens
 Bacchæum sitiens haeribat ab amne liquorem.
 O quam dulce fuit cum illis traducere vitam!
 Et contemplandæ naturæ impendere curas!
 Hei mihi, cur unquam stellis sua nomina nautæ
 Imposuere? quid Vrsa duplex, quid Piscis, & Angues
 Infedere polis? Eurique Notique fuerunt?
 Ex illo scelus omne homines peruersit, & orbi
 Quam lato incubuere ingentes undique clades:
 Morborum horrendæ sensim irrupere cateruæ:
 Sed magis atque magis bellorum incommoda paſsim
 Orta suis spoliant agros cultoribus almis.
 Missa phalanx equitum hostilis populare repente
 Irruet (in Belgis mala quæ modò facta videtis)
 Vicum, cheu, penetrans intercipit intus agrestes:
 Fractisque irrumptis tectis, natosque, patremque,
 Vxorēmque simul plerūmque interficit: una
 Illorum sparsim effuso coēunte cruore.

Inde rapit prædam facilem sibi, vinâque vasis
 Excutit effos̄is, natat ebria cella Læo
 Vndante & tellus paulatim peribbit aluo,
 Cum siccis stipulis flamمام admouet, omniâque igne
 Igne cremat populator eques, mantilia, mensas,
 Et segetem, & paleas, lectumque, domumque fauillis
 Iam longè collucentem: leuitérque recedens
 Pergit in arua alios iterum vastare penates.
 Rumore audito vicinus rusticus horret
 Exanguis, mox assumens stridentia plastra,
 Seruato ære omni, vestesque, thorumque iugalem,
 Vxorēmque super, natōsque imponit, & agnis
 Cum toto grege cum vitulis bobusque relictis,
 (Nulla mora est saeuusque mapalibus imminent hostis)
 Decessum domini lugentibus, ocyus inde
 Aufugiunt quocunque vocat fortuna per orbem:
 Tarbellos alijs, circunfitaque arua Garumnae,
 Pars Ararim, Rhodanumque petunt, Salmurea quidam
 Mœnia, propitijs Ligerisque fluenta sequuntur.
 Quis furor iste sacer? rabies qua tanta nocendi
 Impie io miles? cruda truculentior omni
 Tigride? ut innocuum cultorem regis Olympi,
 (Qui curam ipsius vitæque necisque reseruat)
 Cominus intrepidus diro ausis sternere ferro?
 Hic pietatis honos? haec reddis magna laborum
 Præmia? quod tibi quod cunctis alimenta ministret,
 Atque omnes lanis vel reges vestiat ipsos?
 Quæ tibi digna satis pro talibus imprecet ausis?
 Haec fatus presim, lachrymæque per ora volutæ.

Vndabant oculis, cœpit cum talibus AEgon.
 Ne lachrymeris (ait) pater, & nos sœpe videntes
 Fleuimus incassum miserati incommoda tanta,
 Méque horum memini sœpe ingemuisse dolore.
 Prosequere ô potius bona iam tibi cœpta referri
 Andini agricolæ, meritas qui soluere grates
 Cælicolis debet, quòd tantum distet ab illis
 Marte locis feruentibus, ast securus ubique
 Diuitiis ruris tranquilla in parte fruatur.
 Cui senior, Iuste hæ lachrymæ, fletusque ruinis
 Tantis impensi iure inclusere loquentis
 Vocem, sed quoniā superi tali indole vobis
 Dotauere animum, pariterque doletis acerbas
 Iacturas miserorum, equidem sequar eia age cæptum
 Sermonem, & reliquos memorabo agrestis honores.
 Sed dabitur requies in crastina lumina solis
 O pueri, si talis erit sententia vobis.
 Nos contrà: Tecum alme patens sentire necesse est,
 Nósque tibi quæcunque dies parere videbit.
 His dictis viridi exedra surreximus omnes.

TIT.

Quæ Mopse exhaustis pelagique Notique furore
 Tempestas tranquilla solet contingere nautis,
 Is sermo tuus in nostras dulcisimus aures
 Influit, atque animæ lœuis linit aspera nostræ.
 Heu quæ me rapuit mala cornix omne lœuo,
Quo minus ad tales epulas coniuua venirem?
 Et nos (experti plerūmque) amat ipse Menalcas.
 Haud tamen omnino frustrari incerta mihi mens
 Præsagit, sed quæ longæui dicta supersint

Sponte

Sponte secuturum sub primos luminis ortus
 Confidit: quæ sola mora est concessa Menalcæ:
 Atque animos requie modica reparare iuuabit.
 Interea pecus omne (die quæ gratior hora est)
 Pascentem saturum dum Bætide vesper ab ora
 Exurgens terrisque monens incumbere noctem
 In sua ab herbosis reuocabit ouilia campus.

MENALCÆ

GERVASII SEPINI

SALMVREI AD HENRICVM
 BELLAIVM ÆGLOGA QVINTA.

Tityrus, Mopſus.



ENISTI tandem, concede sub
 arboris huius

TIT.

Vmbram agedū Mopſe, et quæ
 restant dicta Menalcæ,
 Dulci illo ore mihi iam iam nar-
 rare memento.

Presagis equidem, multisque excusſus ab æthra

MOP.

Per noctem fulgorque fragorque
 ô Tityre ſirmant

Vt merito cæli poſſis interpres haberi,

Tanta fides fuit ominibus. viden' æthera apertum?

Sudane tempeſtas, an adhuc grauis imminet imber?

Non pluiae impendent, ſed tantum flatibus almis

Iam zephyrus ſpirans inducet in aërisoris

TIT.

Temperiem dulcem. verùm mora longa nec ullus
 Interè à Hyblæus stillat liquor ore senili.
 Eia age sermonem potius memorare Menalcæ
 Adeceat, ne Mopse animum fruſtreris hiantem.

MOP.

Quando sub ramis fagi conſedimus ambo,
 Per ſyluam cuius radios diſpergere molles
 Tralucens Phœbus valeat, rēſidēſque fouere,
 Iam vultum compone, ſenex ita farier iſit.
 Quod votis optaſtis (ait) quod ſāpe Menalcam
 Longænum rogitatiſ, adest. ego rite recordor
 Quas prius ore preces fuđistiſ, ut omnia ruris
 Commoda narrarem: viſum eſt mibi denique vobis
 Indulgere, magiſque iſtos impendere ſoles
 AEſtiuos, nobiſque etiam lēto omine feſtos.
 Verūm iam longi filo ſermonis amorem
 Ipsiſ ruris ſatis inſtillaſſe videmur.
 Ecquid enim ô nati dulces ſubiungere poſſim
 Præterea: quamuis propiori afflaret ab ipſo
 Ore Louis, totūmque haurirem pectore Phœbum,
 Ne quicquam fructus aut vitæ agrestis honores
 Omnes aſſequeret, tanto ſuper agmine inundant.
 Eſt morbo affectiſ præſens medicina dolorum,
 Eſt ea certa ſalus curiſ ingentibus ægris.
 Siue aliquem media de plebe infestat Erynnis
 Vindictæ desiderio, aut formidine mortiſ,
 Aut odio vitæ, aut grauiori pondere rerum
 Magnarum, ut ne homini ſit respirare poteſtas,
 Cum primum rura accedet, densūmque ſalictum
 Tondebit, truncāue ex culmo alueare cauabit,

Cratémue intexet, vitæque vacabit agresti,
 Paulatim ecce furor, quicunque, effugerit omnis,
 Primaque libertas animi noua pinxerit ora.
 Seu magis offensus crescenti principis ira
 Quis procerum, iussusq; domum concedere ab aula
 Inuidia circumuentus laqueisque potentum
 Nominis insignem iacturam fæcerit: ille
 Nuper honoribus effulgens, densaq; caterua
 Stipatus, populi mordaci scommate inertis
 Carpitur, atque breues reliquos inglorius annos
 Tristis agit, si forte manum traducat ad agri-
 Culturam, exutaque velit torpedine mentis
 Et cucumim serere, & te ventre cucurbita bino
 Turgentem & stellar a rosaria pollice acuto
 Mane nouo metere, & violaria in ordine pulchro
 Instruere & quandoque rigare pluentibus undis
 Clepsidrā, atque omnes terrarum ediscere vires:
 Certe equidem hac ratione suum sensim obruet ingens
 Dedeceus, & vulnus famæ instaurabit hiantis.
 Non fuga talis erit vita, at quæsita voluptas
 Plenior à magno meliorem denique frugem
 Maturante viro: & agens ea proferet æcum
 Longius, & forsitan postquam fortuna ferentem
 Omnia vexarit satis, ipsum alterna reuisens
 In melius referet primaque in sede locabit.
 Cæca aliis flamma ò nati æstuat intus anhelans?
 Actaque tela Cupidineis (vis quanta) lacertis
 Corde hausit? dolet in medio male saucius ictu,
 Quisquis is est, gemitusque dolor iam lapsus ad ossa

Exprimit, et rumpunt suspiria pectore ab imo,
 Distillantque oculis lachrymae largo imbre pluentes.
 Nulla quies (quid Mopse rubor tibi protinus ora
 Pinxit? age errorem agnoscis, tandemque retractas
 Quo volumus meliore modo) nulla herba salubris,
 Carmina nulla iuuant, nullis medicatibus artes
 Phœbæ sanant etiam immedicabile vulnus.
 Quid fiet misero? qua denique possit opis vi
 A peste, à mortis crudeli fauce reduci?
 Vna medela iugum de firmæ robore fagi
 Aptare, aut furcam aut vallum teretemue cylindrum,
 Aut fætas curare boves, pecorine tenello
 Duram arcere hyemem substratis mollibus herbis,
 Aut pulli iuuenes animos irāmque rebellem
 Sæpe domare lupis, prensare que cornua tauri,
 Et planè irrequietum aliquem exercere laborem.
 Inter ea ecquis alat conceptas pectore flamas?
 Nec potius malefani obliuia potet amoris?
 Qualis & Oceano commoto à sedibus imis
 Tutus ab Austrorum undarumque furoribus unus
 Vexatas naues placido sinus excipit alueo:
 Talis & agrestis vita indulgere medelam
 Omni homini misero solet, exercere volentem
 Sese in ea à cunctis tutabitur una ruinis.
 Quòd si etiam agrestes opera tam grata ministrant
 Gaudia, & immensa cumulantur fruge labores,
 Ecque ludorum est tandem statuenda voluptas?
 Quæ dulcedo, atque oblectamen in omnibus illis?
 Hic mihi vasta maris facies aperitur arandi

*Exigual intre: heu demum quibus orbis in oris,
Quo portu dabitur confectos sistere cursus?
Sed Zephyri tenuis crispatur flatibus vnda,
Et cælum arridens iam pridem in uitat in æquor:
Eia agite impellit qua numinis aura sequamur.*

*Vere nouo insidens cum Tauri cornibus aureis
Sol flamma leni tepet, & prima incipit æstas:
Iamque hyemem exactam garrisce haud cessat hirundo,
Iam vernant agri, iam formosissimus annus.
Per querceta vagans densa & coryleta colonus
Lustrat ubique lupæ, vulpis, melisque latebras:
Inde domo educens vocales ore molosso
Robustosque, acrésque animis, & nare sagaces,
(Quos spumante sero complures pascit in usus)
Incurvo ferro multam euertitque cauátque
Tellurem, donec sensim patet eminus amplis
Instratus foliis & molligramine nidus:
Iam catuli mussant, iam circumstante canum vi
Latratu ferientum auras, cursu alite mater
Dentibus infrendens, frustra defensa cauerna
Exit, ea egrediens rapitur, laniataque pellem
Mordicus, exoluit cunctas ibi morte rapinas.
Tum fatus queruli effodiuntur: iamque reperti
Qui feritate omni exuta plerumque iuuarent.*

*Sæpe etiam media in sylva sine cassibus ullis
Atque plagis, multa agrestes strauere luporum
Corpora conueniunt pariter magnò agmine vicis
Omnibus: hic fundæ armatus Balearis habenis,
Hic furca, rapit ille sudem, rapit ille securem,*

Lucida gesa alij, & nodosam robore clauam.
 Sparsique in breuibus spaciis, custode coronant
 Hos atque hos abitus, lucumque indagine cingunt.
 Tum gressus lentos virginates ordine longo,
 Clamores tollunt ingentes, unde profundæ
 Insonueri umbræ, crebrisque ululatibus omnis
 Sylua boat. iamiam medium discernere saltum
 Incipiunt, iamiam proprius glomerantur in orbem;
 Ecce Lycaonius fugiens in sepibus altis
 (Quas intexuerant virgultis fortibus anteà)
 Heret, rimaturque ferus quia erumpere possit:
 Interè agrestes turbare, atque undique tela
 Librare, & tandem configere vulnere largo
 Comminus, undantique iniectis turbine saxis
 Aut hic obruere, aut plaus tro stridente cruentam
 In vicum prædam longo vectare triumpho.

Nec minus in calle angusto, quia perius usus
 Vulpibus, infidias tendit laqueosque latentes.

Atque etiam sparsos per densa arbusta rubosque
 Multiplices avium scrutatur lumine nidos.

Ipse sedens vocem premit, & iamiam alma volucris
 E pastu rediens volat ecce in margine nidi:
 Extat ouans & hians fætus, lætisque querelis
 Applaudit matri: illa fouet mulcentibus alis
 Progeniem paruam, plenâsque ore ingerit escas.
 Confestim absenti natosque domumque colonus
 Furatur, nutritq; ferens in tecta, benigno
 Victu: cumque valent pinnis innare per auras,
 Et perse tenero iam pasci semina rostro,

Includit caueis, sed enim quandóque patentem
 Angustumque locum obseruat, quem pariete clausum
 Hic illic humili super integit imbrice tecti,
 Sponte sua medium linquens spirantibus auris
 Expositum, & flammis Phœbi irradiantis apertum:
Quod ferro exili intexto prætendit utrōque
 Ab latere, in cratis formamque modumque saligne,
 Ut penitus spes nulla fugæ, via nulla superfit.
 Viua intus virgula serit, quæ riulus undis
 Irrigat. omne avium genus illis sedibus arctis
 Liberius sinit usque hilari proludere cætu.
 Hic passer, turturque, corisque, columba, coturnix,
 Curuca, & perdix, acredula, sturnus, acantisque,
 Et plerique aliae pascuntur, & ora resoluunt
 In cantus teneris assuetæ carceri ab annis.

Iam vero Cancri conscendit brachia Titan:
 Disperritque æstas male grata incendia cælo,
 Sævit & in fluuios pecudésque armentaque lœta
 Inflammans iras siccósque Leonis hiatus.
 Agricola ut rapidos æstus declinet, in umbras
 Concedit cuiusdam antri, si in forniciis arcum
 Aut tophus scaber aut pumex latebrofus ab ipsa
 Natura effodiatur, & intus præbeat amplas
 (Quo plures nimbum fugiant quandóque) latebras.
 Qualis ea est spelunca breuis, qua sæpe solemus
 AEtherios ignes vitare, huic limen inumbrant
 Labruscam amplexans hederam mistosque corimbos:
 Vallat utrumque latus saliuncaintexta rosetis:
 Dorsum scena umbrosa premit, quam Thracia pellex

Vsque colit, geniumque loci subscripta notat frons,
 NATVRÆ SACRVM: ingressis nulla arte polita
 Rupes hic illic nativa sedilia præbet.

Sed quid ego exornare velim? Mopse illa cauerna est
 Nota tibi. saxo interea occultatur opaco
 Agrestis, Phœbæi æstus solatia quærens:
 Illicque indulget studiis recreantibus, alto
 Donec ab orbe ruens sol longas proferat umbras.

Iamque inde egressus valles & prata pererrans
 Lustrat cuncta oculis: hunc atque hunc pollice acuto
 Demessum florem admiratur: quis color insit
 Olli albus, flauens, croceus, vitreus, nigrae,
 Puniceus, Tyrius, viridis, glaucus, rubens, sue,
 Et queis confusis naturæ industria lusit.

Tum formam aduertit, quanam ratione modoque
 Structa, quis ordo, quot in fibris dinisa, quid artis
 Emineat: quis vero omnes canat ore figuræ?

Iam qualis sit odor, quam suaves misceat auras,
 Tristesue expirans scrutatur nare sagaci.

Denique quem succi humorem radicibus imis
 Imbuat, in quali morbo, qualive dolore

Præsens auxilium veniat perpendit agrestis.

Hisce simul tritis planè oblita corpora circum

Deponunt turpem scabiem, lentaisque podagras:

Tussis anhela suum & febres curantur ab illis.

Fortia robusti tauri validæque iuuencæ

Membra aliis, aliis ouijum agnorūmque fountur

Exiles artus, longaque à morte resurgunt

Mollibus & sensim, quia vis & vita tenella est.

Quid

Quid plura ô nati dulces? nulla altius arbos
 Erigitur, nulla erumpunt virgulta nouella,
 Nullus ubique frutex tenuis, nulla edita primo
 Herba solo, quam non studiose obseruet inhærens
 Infixis oculis infixa & mente colonus,
 Quando sol proprius gelidas euectus ad Arctos,
 Iuraque festa vetant aliquem exercere laborem.
 Quod si quid dignum scitu deprendere possit,
 Quod iuuet, atque uelit ventutos nosse minores,
 Mucrone exiguo (veterum diuina secutus)
 Exempla hic illic scribens super arbore molli
 Firmato cogit paulatim inolescere libro.
 Nulla alnus, nulla in triuus patet obuia fagus,
 Quam non inuentis monitisque salubribus ornet.

Forsam & in vario calle aspicit inter eundum
 Formicarum agmen, subito consistit, ibique
 Contemplatur humum assiduo feruore moueri.
 Ecce alias vacuas campis exire tuenti,
 Occurrunt aliæ grauiori pondere onus te:
 Obtrudunt humeris fessæ quandoque ferendo,
 Aut tres obnixæ collectis viribus una
 Conuectant onus iniustum, pars lingua minuta,
 Pars frustum pomi, plures frumenta reportant.
 Vim quibus omnino genitalem dente recidunt,
 Ne quicquam radicis agant tellure sepulta;
 Sicq; hyemem in sterilem teclto conclusa reponunt.
 Qualis vicina arbor humo desixa superstar,
 Talis & agricola ora leuans immobilis hæret,
 Is mentem stupor hausit, & admiranda deæ vis,

*Quæ tribuit vitam, motumque animumque sagacem
Tam breuibus membris. o quæ diuina potestas!*

Inde pedem referens lassum fortassis eundo
Gramineum viridemque torum florentibus herbis
Infratum inquirit: paulumque in cespite molli
Sidet ibi pedibus requiemque moramque daturus,
Ni iam quarta sitim inflamarit fauibus hora.
Tunc etenim alueolum accedit, qui purior omni
Electro largis per campum defluat undis.
Pronusque in scatebre riuos, ceruice supina,
Delibabit aquas palmae craterem vel ore
Admoto lymphis, linguaeque in fonte refecta,
Membra reclinabit viridanti in margine ripæ,
Dum fumum exhalent villarum culmina in auras.

Sæpe equidem latebris egressus, ut omnia lustret
Irritetque famem, summi fastigia montis
Exuperare gradu celeri contendet agrestis:
Si quis erit salebris crebraque crepidine dura
Arduus ascensu: tandemque in vertice inhærens
Molle quiescit ibi, donec raro agmine nubes
Induere auratos labentes a sole colores
Miratus, noctisque procūl reuolantibus alis
Longa repercuso fulgere crepuscula cælo
Eminus aspectans, gressum sub tecta reducit.

Sæpe etiam in prato benelente sub arboris umbris
Molles captabit somnos, ubi nullus ab antro
In spiras sua membra plicat colubérue, sitimue
Vrenti inspirat morsu lita sanguine dyspas.
Interea Touiae Ligerisque in flumine pubes

Rustica consutos scirpos longo ordine iuncis
Intexens, laterumque premens extrema tenaci
Vimine, tuto altis in aquis proludere discunt.

Sed sensim in dulcem a rapido delabimus astu
Temperiem, aequalemque diem librauit ab axe
Stellifero Phœbus: iamiam videt acre minari
Scorpion in stimulo, nigrumque armare venenum:
Irrumpit tamen atque feræ membra obuia calcat.
Tum cultor ruris volucres inuoluere quærens
Reti fallace, antè quidem dape pellice inescat:
Post illud tendens amite, et fæno undique celans,
Luce orta obseruat, si quæ de more volarint
Primum auidæ ad pastum ignare frandisqne dolique.
Mox ubi turmatim pasci eminus aspicit, ecce
Oblongum intorquet precepis in terga rudentem:
Et captæ insidiis trepidare, abitumque fugacem
Quærere aues, sed iam aucupis ora inimica propinquant,
Atque manu lecta non amplius aëre aperto
Colludent, dulci nec libertate fruentur.

Sic illæ in solido, sic illaqueatur in unda
Sæpe natans fluialis anas, sic improbus anser.

Atque etiam densos sturnos pernice volatu
Excudit, exili inuisito fune duorum
Siue trium iniecto pedibus, rursumque sub auras
Ad socia agmina latanti clamore volantum.

Sed magis in laqueos pellit dulcedine cantus.
Ipse sub occasum solis virgulta saligna
Decidit falce effusos pandentia ramos:
Quos nudat foliis, altaque recondit in herba.

Hinc pratum legit excipiens tantum arboris umbras.
 Vnius, circunque iacens patet undique campus.
 Iamque leuis truncum ascendit syluamque fluentem
 Demetit, & quantum satis est in stipite linquens
 Ornat, & insertim constringit vimine agrestis.
 Nox orbem tacitum piceis amplectitur alis.
 Inde ubi prima dies sensim laxare tenebras
 Ceperit, exurgens stratis citus ipse colonus,
 Inclusas caueis volucres, viscumque (iuante
 Duntaxat puero) panemque uuásque recentes
 Fert secum, & salicis virgulta latentia sumens
 Peruenit in pratum: iam visco obducere ramos
 Frondibus excusso, iam figere in arbore summa
 Extantes cepit: iamiam circundare truncum
 Atque auium arguta instat late ambire corona:
 Mox fugit in latebras: & cunctis rite peractis
 Ecce recens Phœbus rubro caput exerit Indo
 Aureus, interea proludere in aëris oris,
 Dulcibus & numeris garris credula, acantisque,
 Et pleraque aliae: quibus occinere ore vocanti
 Nostræ, & pellaci cantu irretire volantes:
 Turma illecta modis gaudent, propriisque petentes
 Frondosam incutæ syluam (ut sit plena voluptas)
 Insidunt ramis: vix dum, & pernicibus alis
 In visco harentes pendent: volat ocior Euro
 Et legit incassum strepitantes rusticus, atque
 Rursum abit, rursumq; volans legit arbore plures.
 Sic ille in campo ad medium solem usque moratur,
 Inde grauis præda numerosa in tecta recedit.

Quid

*Quid dicam, ut plerūmque in ea conualle virenti,
Quæ Touiam ripis claudens interiacet urbi,
Strimoniamque gnuem & canentem sistat olorem?*

Tunc etiam varia lepores captare iuuaret.
Arte, sed hos, ceruūmque aprūmque relinquit agrestis
Nobilibus, suāque arma, plagas, venabula, & Vmbrum,
Et varium accipitrem, cui ludicra ardea præda est:
Noſter cornicem tantūm, picāmque loquacem,
Et pluuium picum, & merulam, raucūmque palumbum
Illaqueat. Verūm Phæbo ſubeunte fluentem
Vrnam, iam rapidus Boreas caua nubila differt:
Et Ligerim stringens glaciali frigore, crūſtis
Marmoreisque premit tabulis, iamque ebria largo
Imbre ſuperfuſo ſicco ſola durat hiatu,
Aruaque Riphæis offundit noſtra pruinis.
Rure quid interea fieri credamus? agrestis
Pubes ſudoris plenos exquirere lufus:
Et certare iuuat curſu, luſtaq; paleſtris
Indulgere: ecquis melior fundāque rotandis
Saxis, ſigendisque arcu ſtridente ſagittis:
Et torquere ſudem ferratam, & longius orbem
E ſilice excuſum vibrare animosa voluptas
Vrget: quæ longis mēmorarem ſingula verbis,
Ni tempus moneat terris aduertere lintrem:
Noſtis enim, neque nos ideo memorare neceſſe eſt:
Non magis atque illos pueriles, verbere crebro
Actum turbonem, oſcilla, orbiculūmque, trochūmque,
Quos omnes fileo, me quando Palilia ſacra
Increpitant ſerum, atque moras ſine fine trahentem.

Postquam ergo veneranda Pales placata bidente est
 Mactata, atque epulis genialibus illicet omnis
 Pastorum agrestiumque manus recreata leuauit
 Ore famem, dulces luci frondentis in umbras
 Conueniunt densi & laeto clamore frementes.
 Hic quos fama effert insignes cantibus utris
 Inflat, variisque argutæ voce cicutæ:
 Hic quos longa sitis stimulat iamiamque fruendi
 Dulcisonis numeris, quæ longè maxima turba est.
 Omnibus impositæque virent in fronte coronaæ
 Baccaris è foliis, quibus à grege fascinus omnis
 Arceri valet: & pendentia in ordine longo
 Praemia magna patent victoris, honestaque pugna
 Sub docta crebri modo iudicis incipit aure.

Hic canit unde horum sacrorum exordia, & olim
Qui Romanae urbis fundator fecerit illa
 Primus: ut omne pecus sacra lustrauerit unda,
 Propitiämque Palem modulatus ouilia circum
 Augendæ uberius fæturae induxerit artem.
 His iungit Panos merita, atque ipsius ephæbi
 Pastoris vanos ignes in arundine prima.

Ille famem ieunia urentem Erisichthonis ora
 Cantabit, seuásque deæ meditabitur iras,
Quod sacris Cereris lucis inferre bipennim
 Ausus, Hamadryadum placidas euenterit umbras.
 Tum membra Hippolyti crudelis amore nouercæ
 Dilaniata refert: heu quis furor? hisce cruentis
 Suppliciis indignus eras, quia vita placebat
 Agrestis, quia rura volens syluásque colebas.

Nec

Nec magis ipse canum rabie Autonoëius heros
 Dignus erat, qui sæpe feras per lustra secutus,
 Cum forsan lassus venatu improvidus antrum
 Ingrediens, nudæ cecidisset in ora Dianaæ
 Præda fuit canibus: saltem heu concedere vitam
 Debuit incauto iuueni, quæ Parthenopæum
 Propter idem pharetra donatum dulcis amarat.
 Ecquid in hoc sanxit, visa est quæ mitis in illo?
 Hinc Baucis coniuxque hilares sub paupere tecto
 Excipiunt, mensisq; inuitant numina egenis:
 Mercedémque suę pietatis vertice frondes
 Parturiunt ambo inclusi sub cortice molli.

Post hunc alter erit qui formosæ ora puellæ,
 Mentisque egregias dotes celebrare canendo
 Contendat, veluti in superstimulatus amore
 Mopse tuam longo illustrasti carmine Nisam:
 Quod preciosa inter piscandum lecta Sicano
 Dona salo, muscum, & baccam, atque corallia rubra,
 Cùmque suis donis dominum contempsit Iolam,
 Nec minus & mala, & multo sudore receptos
 Capreolos, sturnumque argutum sæpe ferentem
 Illa animo haud humili Damonem spreuit, ut unum
 Sponte sua Mopsum dignata sequatur amantem.
 Maecte equidem, cuius flammis votisque pudicis
 Talis virgo (oculi radios hausere decoris,
 Virtutem insignit fama) indulgere fauorem
 Annuat, ecquæ autem dementia ceperat omnem
 Sensum animi? cùm tu fidibus modo flebile carmen,
 Tu tristes acri effundebas voce querelas?

Tu fractos gemitus imo de pectore rumpens,
 Tu lachrymis largo imbre fluentibus ora rigabas.
 Nec magis insanit stimulante agitata Liae
 Menas, ubi in syluis pellémque hastámque coruscans
 Euoh Bacche fremit, quām sepe urgente furoris
 OEstro raptus agebaris. quis finis amorum
 Tantorum? ecquæ virit mentem expectata voluptas?
 Casta (ut opinor) ea est, tamque insigni indole nata
 Nisi Dionaeum præcingit pectore ceston.
 Atque tuos ideo haud possum excusare labores
 Onate, & damnare placet quoscumque calores
 Prætereat, quibus ullus inest furor, aut Venus exlex,
 (Nam permisus Hymen) ipsos quisquis male sanus
 Gustabit dulces, atque experietur amicos.
 Nam quid in his frugis versato accrescit amanti?
Quæ merces? nisi mente recepta plena dolorum
 Vis stimulans, præcepitque ingrata modestia culpa?
 Non etiam meministi Iphim, Miletida, Ceneum,
 Et quos talis amor ferali tabe peremit?
 Omne agedum pondus reice, & sudore frequenti
 Terge o Mopse animi labes, iamque alter ab illo es.
 Dicam etiam reliquis pastoribus argumenta
 Cantata in calamis? & Adonim, & Atlantis, & AEmi
 Inuersas formas? Dryopenque, Acimq;, Hyriemq;;
 Halcionem, & Cyanem, & Procrim, & Niobem, Hippo-
 menemque,
 Et quæcumque alia inspirat non unicus ardor?
 Ante rotis laßis subsistet in æquore Ibero
 Phœbus, & in mundo nox intempesta filebit:

Dum Cererem, dum Bacchum illi, dū Pallada, & omnes
 Sæpe deos celebrant: resonant modulatibus antra
 Vicina, exultat nemus, & vocalis imago.
 Tum proclamati victores ordine plausum
 Ingentem accipiunt, & honore præmia pugnae.
 Hic sculptum graphica arte sciphum de stipite rarae
 Arboris, ille pedum nodis atque ære micanti
 Formosum, hic calamos, per amue, arcumue, pharetrámue,
 Argutum ille feret (quod munus rarius) verem,
 Nullusque omnino e numero haud donatus abibit.
 Sed quid latrat Hylax? age Tityre, præpete cursu
 Curre, moræ precium est, iamiam condetur in antro.
 Hic paulum cunctare, sequor petnice pedis vi:
 Aura fauet, tibi nulla salus, fera, nulla fugæ spes.

TIT.

L iij

GERVASII SEPINI

SALMVREI AD HENRICVM
BELLAIVM ÆGLOGA SEXTA.

Tityrus, Mopsus.

MOP.



TIT.

A M N E redis venator? ubi
iuia Tityre præda?
Iudicio nostro Vulpis fuit: un-
de repente
Prodiit: ecquid Hylax blādire
reuersus inanis?
Vulpis ea ô Mopse, atque ex
illa rupe sinistra
Egressa ante diem quartum se-
mel hâc quoque fugit

Me coram, dum noster Hylax procul esset in umbra.
Iamq; ego captabam similis similisque tenenti,
Et si quid paulùm spacij intermitteret asper
Campus (Hylaca & me impediat) certe ipse tenerem,
Ni subito ingrediens antrum irrupisset apertum:
Hic nos currentes meta propiore fecellit.
Sed nihil illa dolis profecerit, eruam ab imis
Visceribus terræ, nobisque parata voluptas
Delicet. interea liceat mihi dicta Menalcæ
Percipere ore tuo, vitaq; agrestis honorem.

MOP.

Tityre vulpini ne fias immemor antri
Te precor, hoc hilarare queam oblectamine mentem:
Nunc agè longæ ui verba intercepta sequamur.

Hos

Hos lusus plerisque (infit) narrantis ab ore
 Sit satis audiuisse: prius namque æquoris atros
 Fluctus, dum sævit magis, enumerare licebit,
 Quam complecti omnes, ita inundans agmen eorum est,
 Indulget quibus alternatis rustica pubes:
 Atque horum oblectat pura & sine labo voluptas.
 Nunc mandate animis, que quondam vera Palamon
 Effari solitus. maiore is laude colonum
 Maiori dignum censebat adorea honoris,
 Quod vitam cepisse animæ videatur, & ipsum
 (Mercatum veluti in celebrem) à caelestibus oris
 In mundum inductus, tantum ut cognoscere causas
 Rerum, sectarique animis vigilantibus unam
 Virtutem studeat, dum turpia commoda vilis
 Lucri alijs, dum famam alijs venantur inanem.

Hoc melius per vos discetis, si prius omnem
 Sectatorum aulae vitam morisque sinistros
 Expediam vobis (meaque id promissa reposcunt)
 Affectus quorum haud humiles, animique superbi
 Tantum vota solent indoctæ euincere plebis,
 Coniferæ quantum virgulta minora cupressi.
 Ecquid io o pueri dulces perculta stupore
 Mens etiam tenera imprudensque aduertit in illis,
 Quos uidi quondam versatus ephæbus in aula?
 Qui proceres qualisue hac temestate sequantur
 Regia tecta, latet maturum ætate Menalcam.
 Quippe ea iamdudum seposito rure quiescens
 Ingressus ne sum: ex illoque annos a senectus
 Senim furtiuis sparsit mihi tempora canis,

Multumque exhausit tenuato è corpore succum.
 Verum animi sensus nullo stupefactus hebescit
 AEuo:pura acies mentis viget:atque suorum
 Aetorum memor, ipsa etiam modo lumine Lynceo
 Primores illos veteres agnoscere coram,
 Presentemque statum rerum inspectare videtur.
 Immensum desiderium, infinita cupido est.

Hic famis vrentis rabie irritante subactus
 Seruit auariciae, facti infectique reseruat
 Multa talenta auri, cælataque pondera magni
 Argenti in solidis pateris, largisque culullis
 Arte laboratis in viua hominumque ferarumque
 Ora, supercumulans aulæis pecline docto
 Textis, circum ingens auctoratum Persidis orâ
 Stipat ebur: necnon conchis educta marinis,
 Gemmisque Eois fabrefacta toreumate grato
 Pocula concludit tectis: omnisque supellec
 Rarior, omnis opum preciosa exquiritur illi
 Copia: uti Scyllæa procul circumrapit aliis
 Spumosum ad se pelagus, pronumque sub amplis.
 Cum ratibus simul incurrentibus obruit antris.

Agricola haud unquam indulgens affectibus illis,
 Haud unquam vitam experiens tot rebus egere,
 Contentus modicis fortunis, diuite gaza
 Agresti fruitur: tenuique opulentus aceruo
 Irridet proceres inopes, secumque volutans
 Sepe animo reputat: quamuis ille hauriat Istrum,
 Pactolumque, Tagumque voranti absorbeat ore
 Semper adhuc sitiet: congesto pauper in auro

Nunquam

Nunquam diues erit. quantum est quod defit auaro?
 Naturæque ideo facili indulgere magis me
 Addeceat, longis quam votis nectere longa
 Vota, modus quando nullus reperitur in illis.
 „ Hæ sunt agricolæ ratæ opes, neque plenior egre
 „ Arca locupletem facit, at finita voluntas.

Alter laudis amans cupidusque insignis honoris,
 Partis Marte suo famam illustrare trophyis
 Ardescit: bellique ideo tractare pericla,
 Et premere imperio fulgentes ære cohortes
 Quærit. eo tandem suscepto munere latus,
 Aut petit excidius munitam hostilibus armis,
 Aut sibi commissam defendere nititur urbem;
 Aut campo æquato congressus comminus hosti,
 Densa ferit, crudoque virget metere agmina ferro,
 Si forsan decoret præsens victoria nomen.
 Ast plerumque illi cum largo sanguine surgit
 Gloria, confusaque ruens in stragis aceruum,
 (Tanta cupido rapit, stimulatque interrita mentem)
 Confoditur, vitaque decus non percipit emptum.

Agricola ô nati dulces haud inscius illam
 Laudem homini iusto verâmque ratâmque parari,
 Quam nullo virtus imbuta cruore reponit,
 (Cum cædes sola Astræam decedere terris
 Impulerit, rursumque deos petere alite penna)
 Illius pure studiis incumbit, & inde
 AEternum & solidum sperat sibi surgere honorem.
 Inde suæ stirpi iampridem à patre relicta
 Stemmatâ sustentat pulchris variata figuris.

Nec quicquam aggreditur magnum & molimine diro,
Sed placida tantum contentus pace quiescit.

Quanquam etiam plerisque modis sua nomina seruat
Viua, volensque potest traducere in ora nepotum.
Idque ego tentaui, quanam & ratione docebo.
Procerae pinum ramis iuuenibus umbras
Late pandentem elegi, vittaque coronans
Tempora Mænilio diuo de more dicaui,
Hisce notis tereti mucrone in cortice ductis:

EX VOTO PANI SACRavit ET AERE MENALCAS.

Creditis ex illa nihil ad me denique fame
Venturum, & nostros quondam nescire minores?
Haud equidem reor, at si qua est præsaga mihi mens,
Nunquam Dodonea illustratata ab Ioue Quercus,
Non Vitex Samia insignis, nec Olympica Oliua
Voce lyræ cantata, nec Assyria inclyta Laurus
Antiquis celebres maiore in honore fuerunt,
Quam mea pinus erit florebit clarior ævo
Occulto, velut illæ etiam modo nobile florent.
Non rabie Austrorum, non torti fulminis ira,
Non Borea urenti sylua spoliabitur arbos:
Par Cypriæ Platano, cuius de stipite nullus
Sponte fluens ramus magis ac magis usque virebit.
Cumq; illa in communi hominum versabitur ore,
Vltro etiam referente sequetur in ore, Menalcas:
Nunquid non modus is celebrandi nominis usu
Obuius, arridet vobis? multo agmine plures
Ut fileam, quibus ille volens potis esse superstes?
Iamq; alijs cupiens omnino ambire fauorem

Principis,

Principis, ipsius penitus studet indulgere
 Immensis votis: omnes simul aduocat artes,
 Omnes blanditias, omnes risusque iocosque
 Voce manuque cierit, quo posse gratus haberi.
 Nec sese in plures quondam immutare figuram
 Visa Thetys, cum saeua modo ursa, cruentaque tigris,
 Suse modò horrendus fieret, frendensue leæna,
 Infestusue lupus, diuersaque monstra færarum,
 Quam varias illi formas simulare necesse est,
 Si queat allectare voluptatem, geniumque
 Mulcere illecebris, solumque ut copia inundans
 Mane salutantum totas interstrepant aedes:
 Ut propior lateriflorentem equitare per urbem
 Cernatur, crebroque hominum signetur ab ore.

Agricola edocetus quantum est aliena subire
 Iussa malum, arbitriumque suæ deponere mentis,
 Ut se facilem ad quemuis accommodet usum,
 Et iamiam varios nutus obseruet heriles,
 Libertate frui melius sibi ducit, & omnes
 Seruitij impositas collo indignatur habenas.
 Aspicit herbarum caules, virgultaque lenta
 Liberius sensim aërias erumpere in auras:
 Detrectare iuga intacta ceruice iuuenit,
 Verberibusque lupisque nouis seruire negantem
 Acris equæ pullum generosum, & si qua potest vis,
 Pernicem fugere abruptis præsepia vinclis:
 Et poterit cultor naturæ obliuia tanta
 Natiui sensus potare, ut degener ultro
 Addicat sese imperiis iussisque superbis

Alterius? prius in fontes Touiae unda recurret,
 AEstatisque vices glacialis bruma subibit.
 Nec minus interea prudenti pectore voluit,
Quam facile est, sed enim quanto damnosius iras
 Principis irritare: nec ullos saepe videri
 Tam firmo iunctos animorum vinculo amores,
 Ut nulla inter eos plerumque venire querela
 Posset, & humanum varium & mutabile semper
 Ingenium: fluxosque ideo captare fauores
 Sponte fugit, censemque suos sine iudice mores,
 Atque magisterio unius rationis inhæret.

Ecquos vidi etiam nimias impendere curas,
 Ut niteant artus precioso vellere Serum?
 Et molle induti saturata murice palla
 Sidonio longè videantur fulgere in ostro?
 Hunc picto limbo circundat Ianthina lena,
 Illum Mæandro triplici, Phrigioque labore
 Texta chlamys uestit, quam fulgor plurimus auri
 Misti, & gemmarum rutilans discriminat ardor.

Agricola pueri gauisi, & sobria coniux,
 Atque etiam (si ius festi de more iubebit)
 Ipse colonus opes naturæ diuitis audent
 Vertere in ornantem cultum: nimboque recentum
 Florum perfundunt frontemque, sinumque, manusque.
 Symphita cum violis, cumque eternis amaranthis
 Ocyma, flösque rubens Vetricus agmine largo
 Membra micant circum: & beneolentes naribus auras
 Inspirant. talisque insignis gratia formæ
 Externa, hoc augusta magis mihi semper ab illa est,

Quo

Quo paret natura omni præstantior arte.

*Quæ magno non vénit, uti preciosa nitentum
Copia fucorum, verùm pañim obvia gemmat,
Et splendore vago in nostris ea fulgurat hortis.*

*Ecce alius fortasse urgente cupidine tactus
Largius effundendi auri, ampla palatia multo
Cemento, calcisque aggrestis glutine saxis
Extruere incubit, molémque attollere cælo.
Vectari pelago Paria atque Caristia mandat
Marmora, & exaudi diuersas inde columnas.
Partitusque opus in breuiores ordine certo
AEquatas sedes, picturæ lumine vestit,
Auratisque linit laquearia lœvia crustis.*

*Haud modus in luxu est: tanta ornamenta decòris
Comparat in noua tecta, auido quæ dente vorabit
(Vt solet omnia nostra) æui longinqua vetustas.*

*Agricola haud ignarus eum neque semine cretum
Geryonis, neque se Lernæo, ut corpore multo,
Et turba capitum fœcunda implere domorum
Plura queant spacia, unius sibi culmina villa
Erigit, ut pluuias, ventosque aestusque nubesque
Aeriamque intemperiem vitare facultas
Certa sit. hacque casa sola contentus abunde
Naturæ facit ipse satis. quin saepius antro
Degit in exeso, ut si quæ vestigia restant
Pastorum veterum summe obseruata sequatur,
Naturamque colat pure & nullius egentem.*

*Tanto autem magis atque magis misera aula videtur,
Quod leuitas fortunæ in ea dominetur, & huius.*

Hec sub Lu-
dou. 11. &
Carol. 8. fa-

cilè nouit:
quo tempore
tonores &
generales
(quos vo-
cant) regni
negotia ad-
ministrarūt.

In regno nunquam versatis ô inclyta virtus:
Quandoquidem plerumque urgens prosternere dignos,
Indignos ad purpureos extollit honores,
Magnisque imperiis preponit e& urbibus altis.
Atque ubi vana suis ludibria fecerit auris,
Mox aut præcipites sublimi à culmine vertit,
Aut certò premit exitio vitæque ruina.
Qualis & equoreas turbans violentior undas
Ira Noti, ut pelago incubuit, mage vela triremis
Passa ferit, largaque oppugnat transstra carinæ
Vi salis, interea parcens propiora legenti
Littora cymbæ humili: quale actum fulmen ab æthra
Crebrius aut montem aut quercus capita alta ferentes
Obruit, intactas demissa in valle myricas.
Præteriens: talis vergenti pondere victa
Subsidens Fortuna sibi (quæ ranta libido est?)
Sæpius in populi rectores sœnit, e& audet
Nonnunquam propriis ipsoſ detrudere regnis.
Atque frequens nobis, ut vera exempla, solebat
Romanos regnatores proferre Palæmon.
Ecquem non diro Rhamnusia funere mersit?
Hunc crudum exhausit non uno vulnere ferrum:
Hunc indulgentem genio, vinoque fluentem
Furtiuæ infidiae rapuere haustusque veneni:
Ille graui somno & caligine noctis opacæ
Pressus adhuc, Erebi æternas descendit ad umbras:
Ille ortis Phœbi radiis vigilansque vidensque
Ingemuit rapier sibi dulcia lumina cœli:
Quidam per pectus gladio violenter ad acto

Vt fugerent odium & lethum crudele suorum,
Festinam voluere sibi conciscere mortem.

Quot torti crura in stringentis compedis ære
Supremum clausere diem? quot sponte tulerunt
Semper in exilio priuati more latere?

Certè equidem diuis debemus soluere grates,

Quod nostri reges Galli uirtutis amore
Clari, seruatique suis tot cladibus istis

Haud pateant: sed enim cogit miseranda potestas
Non minùs inuigilare malis, paſsimque per omnes

Gentes innumeris una est obiecta periclis.

Agricola o pueri dulces ut munera nulla

Fortunæ preciosa capit, nec honoribus ullis

Insignitur, ita insultus irásque minásque

Illiū planè aspernatur. nulla satelles

Arma tenens stipat latus: ac formidine lethi

Nulla, annos longos perducit ad usque senilem

Caniciem: & demum vitæ satur, atque suorum

Natorum manibus morientia lumina clausus,

Expirat lene, & tumulo succedit auorum.

Idcirco omnino fœlix censendus agrestis

Conditione sua est, qui mentem appellat ad unam

Virtutem, in qua omnis vita inclinata recumbit:

Præsidioq; huius pura & sine labe, tenorem

Seruans, sponte sua, non vinclo, aut legibus ullis

Turpia declinans, sectatur honesta: nec unquam

Irrumpunt scelera in congestum cespite culmen.

Ecquid enim? rurisne olim fuit ille colonus,

Qui casos natos mensis immitibus escam

Apponens patri, solem decadere terris
Impulit? an qui ipsum genitorem funere acerbo
Multauit: matrique suæ sacris Hymeneis
Coniunctus diros amplexus nocte petiuit?
Num fratres? qui vulneribus permutua fixis
Concessere umbræ nec amicæ in tristia Auerni
Antra? aut qui scit? mentiti fulminis alis,
Et ponte ærato tortas per nubila flamas
Ab Ioue, & horrisoni referens vagam murmura cæli,
Thurea dona sibi & diuū quæsivit honores?
Nam quæ germani discerpit membra, suamque
Progeniem teneram confudit in ore parentis,
Arte potens magica ne quicquam nata colono
Patre, nec ipsa quidem fuit unquam fœmina agrestis.
Et quæ (more feræ) suscepto semine tauri
Fouit in opprobrium naturæ atquæ edidit aluo
Semibouem infantem, & quæ perdita amoribus hostis
Prodidit Alchatoen fatali crine reciso,
Et quæ olim furia insignis Lacedemona linquens
Europam atque Asiam concurrete comminus armis
Impulit, haud unquam ruris coluere labores,
Nullaque ipsarum agricolis nupsere maritis.
Quique etiam cassi præsenti lumine, in umbris
Tartareis saxum ingenti modo mole reuoluunt,
Et mediis in aquis sitiunt, radiisque rotarum
Pendentes celeri rapiuntur turbine circum,
Et vacuas replent urnas, & caute sedentes
Præduris vinceti manicis iam denique mentis
Errorem agnoscunt & amara voce fatentur,

Haud

Haud unquam pauere greges, rurisue coloni
Traduxere suam paruo sub culmine vitam.

Hæres ò chari iuuenes mihi saepe feribant
Offensois oculos, nec erat vitare facultas.
Quare ego non longum ingrata versatus in aula,
Sponte mea cedens, precibus monitisque parentis
Ipse ad culturam agrorum conuertere rursum
Cœpi animum: fatisque in ea irretitus amicis
Hactenus in longa & tranquilla pace quieui.
Tantumque ex illo mirari grandia cuncta
Dedidici, ut malim penitus modo contemplari,
Qualis apum cura est, qualis moderamine regnum
Seruant, seu ponant fundamina prima fauorum,
Siue thimo mella excudant, fœtusue minores
Educant, seu bella in fucos agmine denso,
Aut alium in regem committant: omniaque edunt
Signa ab eis partem diuinæ mentis haberit:
Quam proceres omnes auróque ostróque decoros
A spicere. Atque olim multi trabeaque tiaraque
Agricole ornati altas regnauere per urbes.
Cumque urgentur subitis grauibusque ruinis
Res populi, fuit antiquis mos utilis usu
A stiua à rastris confestim accersere reges:
Qui virtute sua cum longè finibus hoste
Pulso, vel patriam longa obsidione leuarunt,
Vel sponte in primas leges & pristina iura
A squalore omni retulerunt, illico honore
Imperi abieci, positaque è fronte corona
Ad plaustrum, ad traheam, & ruris redire labores:

*Exemplóque suo confirmauere nepotes,
Ut præ regali vitam sequerentur agrestem.*

*Quare agite ô dulces nati indulgere iuuabit
Pascendo pecori, armentoque impendere curas,
Si priùs admoneam quanta dulcedine amoris,
Quoque fauore olim diuīumque hominūmque benignus
Rector Idumæos pastores fouit, amicis
Affatus verbis, corāqué in lumine visus.
Fulget eis plenum cælum, neque in agmine plures
Nocte micant stellæ. verūm indulgentia honosque
Maior adhuc concessa ouium custodibus ollis,
Qui quondam in terras delapsum numen ab astris,
Æterni patris natum (ut Curetes) in antro
Primi aspexerunt, primi coluere, caputque
Ornati circum ramis viridantis oliuae,
Cum variis donis, varia resonante cicuta
Indixere sacris primi sancta orgia cunis.*

*Hæc super agresti vita, cum vota precésque
Vrgerent vestræ, méque ocia festa monerent.*

TIT. *Ecquid Mopse oro, satis unquam insignis honoris,
Quas dignas laudes, atque ornamenta perennis
Famæ auguſta satis valeam conferre Menalca?
Qui nostræ sortis decus illustravit, & omnes
Censuit ingenij diuini intendere vires
In tali sermone! equidem vix credere possim
Pastores veteres olim uberiore loquitos
Eloquio, ac tantum ruris celebrasse colonos.
Et tu digne etiam vates, qui diuite vena,
Et dulci ore mihi voluisti longa referre*

Dicta

*Dicta senis, quæ dona feres? quæ præmia Musæ
Debita? qualis ea est? ex qua purissima mella
Stillant, nostrasque illeuerunt molliter aures!
Saltem formosum hunc utrem (cantoris Amynthæ
Munus) Mopse velis tibi me donare merenti.
Id precium musa exposcit, quæ carmina in ore
Vsque tuo infundens, modulari voce canora
Gestit & imparibus nobis ea ludere auenis.*

*Dona tua haud equidem aspernari Tityre fas est,
Muneris & vultus ea gratia. siccine cantus
Non expectata digni mercede videntur?
Certe equidem faciam molliretinente per auras
Intorto ramo pinu dependeat illa,
Quam retuli nostrum Panis acrasse Menalcam,
Ut possint venturi omnes nouisse minores,
Salmurum florere suis pastoribus olim:
Cui tabula his verbis picta appendebit inherens:*

**ARGYTVM MOPSVS PASTOR SALMVREVS UTREM
CARMINIBVS MERITVM VOTVM IMMORTALE DICA
PANTEGEAE TIBI, DIVINO NVMINE CVIVS (VIT
SPERAT VICTVRAM DIVTVRNA IN SECVL A MVSAM.**

*Mopse velim credas, omnino haerere Menalce
Dicta meæ menti, repetitæque in ordine ad vnguem
Rite memor cuncta ediscam, & pascentibus artuis
Armentis gregib[us]que meis resonante cicuta
Sæpe canam. interea si iam compellere censes
Omne pecus sub tecta, licet: nam graminis huius,
Dum loquereret, satis depastum est dente virorem.
Aspice, uti lætas non amplius appetit herbas.*

Cogere tempus erit, quid enim facetemus in agris?

Nij

MOP.

TIT.

MOP.

Ite domum (quia iam saturæ) pecudésque, meique
 O lepidi & molles hædi: ac nos inter eundum
 Tityre cantemus, via non ita lædet euntes.

F I N I S.

Hen. Nonius lectori, S.



N hac egloga Sepinus epicediū canit eiusdem Henrici Bellaij, primi in tota Bellaiorum familia, & Tornodori reguli iunioris: cuius immaturam mortē quā impotenter ferat vix dici aut credi potest, cūm potissimum à teneris (quod aiunt) vnguiculis eum instituēdum suscepisset. Ne autem iniuria temporis,

Et seculorum liuida edacitas.

TIT
tam nobilis atque egregij adolescētuli memoriam labefactet, qui & in variis bonarum artium studiis pro ætate iam non mediocriter excellebat, neuc etiam lector amice ignores, quisnam sit Alexis noster, his paucis te admonere volui.

Vixit an. xiiii. men. ii. di. xx. i.

Obiit. xiiii. cal. Decem. m. d. xxxxxiiii.

ALEXIS

GERVASII SEPINI
SALMVREI, ÆGLOGA SEPTIMA
DAMOETAS ET CORYDON
pastores.



AMOETA ecquid agit Mo- COR.

psus? quem more ferarum
Nuper ego obſtupui ſylvarum
habitare latebras:Tantum hominum eſt odium,
tam cætus effugit omnes. DAM.Verum equidem Corydon:
nihiloque à morte recenti
Heu pueri insignis, Mopsoque
hac luce SerenaDilecti magis oblectari viſus amico eſt,
Præterquam lachrymis & funereis lamentis.

COR.

Vsque adeone mori formosa repente, rapique
Ad superos diuūm ſemper fuit æqua voluntas?Eia age Dameta, ſiquas meminiffe querelas
Poſſis (nam ſylua illum rupesque, ferasque
Planctibus emolliffe ferunt) memorare rogantiIpſe velis: dum grata refundit lumina Phœbus,
Dum pecus omne herbæ tondet, dum molle ſedemus.

DAM.

O Corydon ſi ſolum inter fruticeta iacentem,
(Qualiter obſeruans taciti vestigia amici
Per ſylvam hic ſepe offendit furtiuus & illic)
Atque effudentem tales ad Sydera queſtus

N iiij

Cum largo fluuio lachrymarum haurire valeres!
 Ergo (ait) aut decor ille tui rosei oris Alexi,
 Quonympha illaqueata frequens pudibunda calebat,
 Suspiransque tuos etiamnum ardebat amores:
 Aut tuus ille lepos distillans flumine dulci
 Escatebris linguae Hyblais: ergo illa tuarum
 Lumina virtutum, quarum fulgore tenebre
 Nostræ, ut stellarum, longe radiare solebant:
 Ergo in te studiosus amor, sed & illa sororum
 Aonidum in mortem toties iactata potestas.
 Ne quicquam te te crudeli à morte redemit,
 Nec potuit: cum vita esset tua dignior ætas.
 Iamque ipso confudit atrox tua pectora telo,
 Quo vilem quemuis mortalem, & labibus atris
 Squalentem vel ubique ferit. quid numina diuūm
 Supplicibus votis, sacro & dignamur honore?
 Congestas ecquid prunas accendimus aris,
 Intactisque in eis gregibus cum thure litamus,
 Si turpis pulchrique, in honesti semper honestique
 AEqua & conditio & merces in morte videtur?
 Si quæ Titanas genuerunt viscera terræ,
 Sacrilegóque horum sunt olim imbuta cruento,
 Sanguineos Hyacinthe tuos, & Adoni biberunt
 Corpore stillantes rores: depastaque Daphnem,
 Narcissumque, meum absumpserunt nuper Alexim.
 An toti morimur? nostroque efflatus ab ore
 Spiritus in tenues nebulas atque aëra cedit?
 Supremoque animæ viuit pars nulla superstes?
 Quid dubitas dolor æternis regere omnia ab alto.

Imperiis

Imperius sanctum numen, quod talia curet?
 Ast nunquam vultum aspiciam, lumenque iuuentæ
 Purpureum: dulcique tuo sermone per omnem
 Vitam infelicem, quam longa, carere necesse est.
 O dolor acrè vrens, nec voce effabilis ulli!
 O gemitus grauis! & nulli intellecta deorum
 Vota precesque meq. tibine indulgere tot annos
 Lætus eram: mihi cura fuit tam magna salutis
 Vsque tua? mentemque à primis siccine cunis
 Tam vigili & dulci studio fallente labore
 Contendi excolere effingens? ut terminus æui
 Angustus nobis tantum concederet una
 Ordiri primos vitæ huius labilis annos?
 Deficiunt animi, penitusque effeta labascit
 Lingua, omnisque etiam pressis in faucibus haerens
 Langue scit mihi vox euanida, cum tot in una
 Morte tua, puer alme, meæ mala vulnera mentis,
 Totque meos cupio ardentes aperire dolores.
 Ut riui plures diuersis fontibus orti,
 Coniunctis alveis coeuntes undique in unum
 Undosum complent flumen, quod viribus auctis
 Sensim, liberiusque ruens cum murmure vasto
 Foritan haud uno descendat in æquora cornu:
 Non aliter damna haud leuum infinita bonorum,
 Viuentem quæ me tecum indubitate manebant;
 Atque infelicitis permulta incommoda vitæ,
 Quæs tua me miserum pastorem absentia seruat
 Amplius obiectum, tantum in me auxere dolorem,
 Ut vi æstūque suo, cum magnoque impete rumpat

*Curarum in pelagus: vastæque voraginis antris
Obrutus & rapidis pariter meme obruat undis.*

*Nam mater nati expectans redditumque ratemque,
Qua sulcat forte Ionium, Lybicumue profundum,
Raras dum merces patrias aduectat in oras:
Si gemit absentem, & praescripto à tempore paulo
Tardantem magis: omnino si flere voluntas,
Nullaque continui recipit solatia luctus,
Donec vela videns intrare fluentia portum,
Securum pelagi amplexatur denique natum:
Ecquid Alexi meam mentem mordere dolorum?
Qui singultire erumpentes pectori questus?
Quæque meæ lachrymæ debent undare scatebris
Frontis inexhaustæ: cui planè nulla relicta est
Spes redditusque tui presentiaque ora videndi.
Nam te, chare puer, nati amplectebar amore,
Dulce fouens: nullaque unquam tua sedula nutrix
Tanta mollicie, tantis te educere curis
Incubuit, quantis ego. cuius saepè tenellus
Ipse sinum perfudiisti, manibusque gemellis
(More hederæ vitisque) premens iuuenilia colla,
Semper in ore meo sermonisque ubere (quale est).
Melle quievisti, si quos decerpere flores
Suaue renidentes, si quicquam ex arbore fructus
Nobilis eligere, aut cum cæca fraude volucrem.
Argutam, aut tenerum præstanti corpore cygnūm;
Implumésque auium fætus, nidósque calentes
Furari poteram, absenti tibi sponte dicabam.
Hac ego multifori donabo fistula Alexim:*

Hicq;

Hicque recens lusus, cum paulum adoleuerit etas,
 Difficili arte placens uni innotescet Alexi.
 Nunc autem o quae res te decedente dolorem
 Exhilarare valent? qui cum arrisere molesta,
 Quo sine grata omnis summè est ingrata voluptas.
 O cælum, o terra, o syluæ, o flumina, & aurae,
 Vitales Zephirorum aurae, si pectine chordas
 Vocales feriens citharae, in numerisque modisque
 Flebilibus vobis lachrymas largo imbre pluentes
 Plerumque expressi, nunc alte vulnere adacto,
 Cum mucro infixus mihi iam sub corde tepescit,
 Maiores quidni lachrymarum effunditis amnes?
 Vestrum ornamentum, vestra effloreat & omnis
 Gloria, uester honosque, leposque & gratia Alexis.
 Quo moriente, auctis merito fluat imbris aer,
 Lugeat & cæca obductum caligine cælum.
 Tellus pictura florum lætique viroris
 Exuta, eternos Boreæ, velut orba, rigores
 Iure amet, atque hyemis scalores induat hirtos.
 Haud unquam vireant syluae, urentesque per aestus
 Sufficiant nullas pecori & pastoribus umbras.
 Turbataque ruens fronte alveus omnis in altum
 Tristes & raucos gemitus immurmuret undis:
 Cum Zephiri interea violentis æquora vertant
 Turbinibus, rumpantque atros in littora fluctus.
 Cui fulges Titan? cui noctis Luna tenebras
 Accendis? vestra illa micantis lucis imago
 Irradians extincta perit: luménque serenum
 Inuisum Mopso est: nocturnis usque latebit

*Ipse magis, proles veluti Minēia, in umbris:
 In longumque trahens lugubri voce querelas,
 Ut bubo, ferale canet mortalibus omen.
 Diuini periere mihi solatia ruris:
 Atque meæ pecudes nullo custode relicte
 In campis ultro tondendas ilicet herbas
 Exquirant, vel præda lapis: ita conuenit illis
 Confecto pastore etiam concedere morti.*

COR. *Vt tepidis Dameta Austris per flantibus auras
 Sponte niues tabent in aquas, curruuntque recentes
 Riu, sic oculis lachrymæ vider agmine quali
 Distillant mihi? mox ut nostras contigit aures
 Hic suspirantis tam saevis pectoris æstus?*

DAM. *Nuper ego ô Corydon vidi sensique coronam
 Nympharum Dryadum terisse madentia fletu
 Lumina, suppressis singultibus indulgentem:
 Cum tales questus (queis respondebat ab antris
 Viciinis Echo) violento rumperet ore:
 Chare puer, puer alme, olim mea maxima cura,
 Multa gemens tuus ecce vocat te Mopsus Alexi.
 Audin' Alexi meos planctus? an verbero inanes
 Auras incassum feriens vaganubila voce?
 Quocunque aspectum voluo circum, omnia fletum
 (Dum te sepe in eis presentem ante ora reducunt).
 Ingeminant magis atque magis: vallesque lacusque,
 Collésque, agri, amnes, fontesque, hortique, domusque:
 Præcipue hæc sylua, in qua sub benevolentibus umbris
 Pieridum secreta manus choreisque iocisque
 Saep vacans, foniit me coram in pectore molli*

Téque

Téque, tuámque comam (libans prius oscula ab ore)

Circùm hedera ornauit raris variante corimbis:

Pollicita è lauri textam tibi fronde coronam,

Si memori studio recolens exempla tuorum

Arderes sacros Musarum semper honores.

Nunc errabundæ huc illuc sine more sine vollo

Corporis ornatu, sub flore etatis aluminum

Funere crudeli raptum plangunt ululantes.

Sentin' Alexi meum ægresentem in mente dolorem?

An talis forte est, ut factus possit haberi?

Sed iamque ipse meæ peperit dispensia vitæ:

Fata minans, nisi pascentes Carnutibus oris

Pastores, me me dignati inuisere morbo

Correptum, qua parte ligat iunctura lacerti

Ossa, cecidissent salientem sanguine venam:

Grassantemque ignem haustis ore salubribus herbis

In venis sensim extinxissent, illicet illa

Febris quam fælix! si me (vitæque viâque

Finita) mittens super ætheris alta, fuisset

Causa tuis iterum potiundi amplexibus arctis.

Quanquam etiam occurrente meo mihi semper Alexi,

Pallor in ore modò est, & plurima mortis imago.

Sempèrque egregias animi reor Hippodamiam,

Euadnemque, omnésque olim quibus ira doloris.

Eripuit vitam, ereptis sibi morte maritis

Pignoribꝫque aliis dilectis, cum mihi verò

Se species habitusque tui morientis ad ora

Fertque refertque frequens, cum lumen molle reuersa

Ad superos, & te languentem nobilis instar

Floris nunc primum demessi pollicis ungue,
 Et me collapsum pondus ceruicis honestae
 Sustantantem, & ab ore tuo spirante supremos
 Singultus animas supremas ore legentem,
 Et demum oscula contemplor mollissima membra
 Frigidulus infigentem sine fine labellis:
 Heu, quid enim? heu furiis incensus agorique, ferorque
 Victus io stimulis Athamantis in obvia primum
 Ora mihi: videor mutari urgente dolore
 In rabidumque canem, dentemque in vulnera paßim
 Exercere: faces geminæ crepitante sonore
 Ardentem inflammat fumoso lumine syluam.
 Ecquid adhuc miseram mentem reuocatis inanes
 O lachrymæ: o dulces mihi, gazis que omnibus aureis,
 Vnguentisque Arabum, gemmisque, ostroque rubenti
 Prælatæ exuia! quas lectas vndique in arca
 Afferuo sacris etiam preciosius ipsis:
 Cumque iuuat sensim eductæ proferre sub auras,
 Solus ego aspecto venerans, paulumque moratus,
 Erumpentum oculis lachrymarum flumine largo
 Perfundo, vnde etiam totæ plerumque madescunt:
 Mox ab eis fugens mage dulcia rore Matino
 Oscula inexpletum delibo, iterumque repostas
 Ordine sub custode sera, velut ante, recondo:
 Ut maneant æterna miei monumenta doloris,
 Testenturque meos, supremum pignus, amores.

COR.

Certè equidem hi questus non solùm flectere Nymphas
 In planctum, sed parcam etiam mollire valerent.
 Si quis & auditos facundus Athlantius ales

Sub

*Sub manes imos ad nentes pensa sorores
Optasset perferre, equidem nunc integer æui
Floreret puer ipse fruens dulci aëris aura:
Atque suo Mopsus, nos te potiremur Alexi.*

*Crede mihi Corydon fusiis hisce ore querelis,
Ni subito accurrens pressissim in terga iacentem,
Atque coëgisset sylua decedere amicum
Nolentem, Nioben referens urente dolore,
Et Nioben saxi iamiamque rigore referret
Mopsus, eo est animo semper suspirat Alexim.*

*Eia agè Dameta, si quos meminisse valebis
Questus præterà, mihi ne memorare recuses.*

*Accipe & hos Corydon, neque enim enarrare necesse est
Omnes, nec possum saltem si noctis in umbris
(Aiebat) mihi vitaleuis, tenuisque figura
Ipse appareres: si candida brachia collo
Insertare, manumque meq coniungere dextræ,
Et notas olim quandoque expromere voces
Dignareris, imaginibusque eludere notis.
Namque meis monitis tali tibi vita tenore est
Traducta à teneris, ut te modò Taitarus ingens
Non habeat, neque præduris adamante catenis
Vinctus, ferrataque inclusus carcere turris
Egressu pellare à Dira liminis attri
Custode armata saevis stridentibus hydris.
Sublatus sed enim in cælum sublimibus alis
Virtutis, metire admirans sydera mundi,
Sub pedibusque tuis nubes terrasque fretumque
Despicis. an quondam valuit Phylaceius hæros*

DAM.

COR.

Coniugis amplexus petere? Halcionæque iacenti
Nuncia naufragij valuit Ceycis imago
Esse? suumque etiam resequuta est Orpheus ab imis
Manibus Euridice? & tu lente morator Alexi,
Cui nulla, ut venias, cymba est superanda, nec ulli
Trauiciendi amnes, ad me descendere tantum
Non potes? o saltem mihi significare roganti
Ipse velis, sensum nobis à morte manere,
Téque meos gemitus viuentis acumine mentis
Exhaurire: etenim sola hæc sententia causa est,
Quod proferre velim infælicis tempora vitæ
Longius, & nullis unquam exhilarare dolorem
Læticius quero, nec fas, sed prout us artus
Terrenos fugere, atque volare per etheris auras
Ad te, chare puer, cum qui labentibus undis
Fluminis, & sacras flammis adolentibus aras
Lustratos geminos heroas in ordine diuûm
Sidere indigetes iussit, mortale quod in me est
Purgatum abluerit. num planè extinguitur omnis
Ardor amicitiae in præsenti lumine cassis
Mentibus? aut gemini rediuiui à tristibus umbris
Tindaridae usque suum immortalem viuere amorem
Mortibus alternis frustra signare videntur?
Hæc si vera mihi (ut sunt) testareris Alexi
Quandoque in somnis apparenz, claraque frontis
Sydera, pallentesque genas de more, comiamque
Flauentem, atque rosis (non me deceperit error)
Sparsa labella mihi ante oculos antè ora referres;
Certè equidem turbati animi seuásque procellas,
Feruentésque

Feruentésque æstus multum sedare valeres.
 Nunc autem ut mæret fraterna morte iuuencus,
 Ut turtur viduus gemit amissis Hymenæis,
 Utque dolet philomela suis ex arbore amata
 Pignoribus raptis, sic mæstis fletibus arua
 Imbuo, & ætherias perstringo questibus auras.
 Qualis cerua suum quærit vel bucula fætum,
 Quos iejuna fames penitus depast a luporum est:
 Perlustrant sylvas oculis, camposque peragrant
 Graminis oblitæ, oblitæ requiescere sera
 Nocte, ubi nequam offendunt, atque irritus omnis
 Cursus, inexploris mugitibus æra complent:
 Haec secus ipse tui desiderij incitus æstro
 Passim te exquires, nullis mihi denique in oris
 Inuentum inclamo terræque undisque polisque
 Alto cum gemitu: neque mentem oblata voluptas
 Villa subit, quam dum video mærere dolore
 Cuncta meo, longisque ululatibus antra ferire.
 Lugent te pecudes, plangunt tua funera Alexi
 Armenta, amnis aquas nolunt libare capellæ:
 Fletque etiam (res mira) tuum genus acre luporum
 Interitum, montesque feri lugubria fundunt
 Responsa, ac sylva umbrosæ tua sola loquuntur
 Nomina pastorum resonant suspiria acerbis
 Lamentis confusa, nec est modus ullus in illis.
 Conuenere omnes ad me magis omnibus egrum:
 Utque meos possint aliquantum extergere fletus,
 Est nimium fælix (aiunt) nimirumque beatus,
 Quem iam nullius Martis rabiesque furorque

Communis violare potest: neque fallere inanes
 Purpureæ Fortunæ importunique fauores.
 Nulli iam casus, discrimina nulla salutis,
 Iacturae nullæ florentis semper honoris
 Contingent puero: imbutusque à mollibus annis
 Moribus egregiis candorem mentis honestæ
 Haud ulla omnino macula inceſtauit Alexis:
 Noticiaque deum plenus vel morte sub ipsa
 Diuinum numen non cassa in vota vocauit:
 Ecquid præterea? cùm iam mordacibus vri
 Curis inciperet ceſſit vitalibus auris.
 Hæc & plura alia ingeminant solamina amico
 Pastores, sed non voces tractabilis ullaſ
 Percipio, ſurdasque mihi dolor obſtruit aures.
 Olli etiam paribus ſtudiis ſenſere merenti
 Sacra tibi facere, & tumulum exornare quotannis
 Lauroque & quercu & vittis è fronde virenti
 Albæ hederæ intextis: plenisque ab ouilibus agno
 Et vitulo ſuper occifis, de more pluentem
 Offerre in patera ſuperis cum lacte cruorem:
 Vtque tui melius poſſint meminiffe nepotes,
 Perfectis ſacrīs, vario certamine lætos.
 Hoc ipſo celebrare die de nominē ludos.
 Esto: illi meritæ virtuti præmia digna
 Perſoluent: optemque etiam, dum lumine claro
 Titan accendet tenebras, dum Luna reſumens
 Lucem à lampade fratris erit mutabilis ore,
 Dūmque te pore almi Veris noua cuncta virescent,
 Semper ubique tuum noménque decusque manere

Egregium,

Egregium, illustre, & seclis venerabile seris:
 Ast meus haud ideo sedabitur ardor amoris,
 Aut dolor egredens magis ac magis in tua Alexi
 Morte, mihi præsente nimis: quæ sola docere
 Me valet, humanis quænam fiducia rebus,
 Quamque sit exilis vita in mortalibus ægris.
 Sed tempus Corydon Mopsi finire querelas,
 Et fletus: quorum summa est, si forte requiras:
 Omnes spes miseri pastoris & omnia vota
 Sidebant uno in puerō, dum vita manebat,
 Ipse immaturi lethi modo turbine raptus
 Spes & vota sui Mopsi non sponte fecellit:
 Abstulit & secum sanctæ facis igne calentes
 A cunis primis animæ communis amores.

Hic finis flendi Dameta, ut velle videris,
COR.
 Quando etiam lachrymis largis mihi lumina torpēnt
 Hausta: sed unum oro, num possim inuisere tecum
 Pastorem tali perculsum vulnere mentis,
 Ut cœtus fugiens solatia cuncta recuset?
 Tu solus, tibi sensa animi, tibi credere curas,
 Sed tamen & socio debemus adesse dolenti.

Certè equidem Corydon: ubi Titan crastinus ortus
 Extulerit, pariter Mopsum visemus, & olli
 Tristiciis releuare animum conabimus atris.
 Intere à quia iam collectis nubibus imber
 Imminet aut grando forsan spirantibus auris
 Frigidulis, subito in caulas armenta gregesque
 Cogere nunquid erit melius? nulla illicet umbra est.

DAM.

P

COR. Nulla etiam, si sit, pellat vim grandinis umbras:
Surgamus, iam sponte fugit pecus ocyus imbre.

F I N - I S.

Errata sic corrigito.

Pagina 7. versu 11. angustos lege angustos. Pag. 19. ver. 25. laborat lege laborat. Pag. 25.
ver. 14. loquo leg. loquor. Pag. 32. vers. 14. templis leg. templi. Pag. 43. ver. 9. fors densa leg.
prædensa. Pag. 48. ver. 25. sensu leg. censu. Pag. 75. vers. 27. labruscam leg. labrusca. Pag. 77.
ver. 15. forsam leg. forsan. Pag. 94. ver. 16. tanta leg. tanta. Pa. 97. ver. 21. vrgentur leg.
vigerentur.





L S.

SI QVID GRAVIVS DEPREHEN-
DAS, QVAM PASTORIVM SER-
MONEM DECEAT NEC PROBA-
BIS, SCITO PASTORES ANDINOS
MAXIME SALMVREOS A PALOE-
MONIB, ET MENALCIS EDOCE-
RI: QVI NON ARBVSTA SOLVM
ET HVMILES MYRICAS SED PAV-
LO MAIORA PERSECVTI SYLVAS
ETIAM CANERE SCIANT. BONI
CONSULE ET VALE.



MENIATEZ AVIAZIO AND IS
WILL MVID AY HAD A YAO
LADY OF DAY LADY OF DAY
SCHOLAR LADY OF DAY LADY OF DAY
SCHOOL LADY OF DAY LADY OF DAY
MAYDAY LADY OF DAY LADY OF DAY
SAYDAY LADY OF DAY LADY OF DAY
TUESDAY LADY OF DAY LADY OF DAY





1

21.